

Grammatica Graecae

**G R A M M A -
T I S T I C A L I N G V A E
G R A E C A E A V C T O R E
P. I O H. N V N N E S I O
V A L E N T I N O.**

Cui accessit libellus eiusdem, sed multo locupletior de mutatione Linguae Graecae in Latinam cum formulis ad extremum Graecis epistolarum, & duplici earum interpretatione Latina.



B A R C I N O N E.

Cum licentia ex Typographia Jacobi Cendrati Anno M. D. LXXXIX.

R. 66. 700

Libellū de Grāmatistica linguae Graecae Doctoris eximij P. Io. Nunnesij at-
tente legi iussu Illustrissimi & Reue-
rendissimi D. D. Dimae Loris Episcopi Barci-
nonēsis .in quo quam plurima tradi animaduer-
ti quae studiosae iuventuti maximo vsui futura
sint neq. in eo quidquam prorsus est, quod vel
tantillum contra fidem sit orthodoxam, neq. etiā
quod bonis moribus possit ratione vllā officere.
Quamobrē dignus nobis visus est, qui typis mā-
daretur.

Franciscus Calça.

Hic libellū, qui Grāmatistica linguae
Graecae inscribitur, ab eruditissimo Do-
ctore Petro Iohanne Nunnesio Valen-
tino olim in lucem emissum, & nunc denuo ab
eodem quam diligentissime perlustratum, plu-
rimisque locis auctum, Ego frater Iacobus O-

173000128

chom Sacrae Theologiae doctor, ac minister Mo-
nasterij ordinis Sanctissimae Trinitatis ciuitatis
Barcinonen. dignum censeo, quod typis rursus
mandetur. Dat. Barcinone 21. die mensis Februa-
rij Anno Domini 1589.

Frater Iacobus Ochom.

Nos Iohannes Dymas Loris, Dei, & sanctae
sedis Apostolicae gratia Episcopus Barcino-
ne, uisis approbationibus praedictis huius li-
belli, cuius titulus est Grammatistica linguae Graecae,
editi a doctore Petro Iohanne Nunnesio concedimus
licentiam imprimendi, & diuulgandi eum, in nostra
diocesi. Dat. in palatio nostro Episcopali Barcino-
ne die 19. Martij. 1589.

Ioannes Ep̄s. Barcinonen.

P. IOHANN V N

NESIVS STUDIOSO

LECTORI S. P. D.

VETVS, & nobilis Grammaticorum professio a primo eius artis ortu ea fuit, studiose lector ut poetarum scripta, quod ceteris antiquiora, & obscuriora viderentur, explananda susciperent, eorumque sensus intimos, ac recōditos, quam planissime fieri posset, interpretarentur. Quam, quia tueri honeste non poterāt sine fabularum, atque historiarum accurata explicatio-
ne, verborumque obscuriorum, & peregrinorum quibus illi sua poemata exornarunt, diligentī interpretatione, accessit antiquae illi professioni altera pars Grammaticae historica: quae cū veras, tum falsas, & commenticias narrationes, tum etiam glossarum, sic enim Grammatici loquuntur, explanationem contineret. Sed quia poetae dimensis quibusdam numeris sua omnia incluserant, adhibita quoque est ratio diligens sonorum, & scripturae, quae illorum comes, & ministra est, considerata quadam obseruatio. Cumque verborum interpretatio, quae illius veteris artificij propria magis erat, ex eorum origine magnam partem, atque aliorum simili-
tudi

tudine penderet, verborum origo, ad quam etiam grauisissimi philosophi studiose suas cogitationes demiserant, ab iisdem quaesita, & quod veros locutionis fontes aperiret, nomē etymologiae accepit, ut altera, quod rationum similitudinem spectaret, veteri verbo Geometrarum, a analogia est appellata. Ex analogiae autem potissimum animaduersione profecta ea pars Grammaticae, quae a ratione, & via qua tradebatur, proprium nomen methodicae inuenit. Cui ex tanta membrorum strue, cum diu, multumque ea ratio agitata esset, quattuor ad summū partes attributae: vna orthographiae, quae certam scribendi rationē doceret, altera prosodiae, siue metricae, quae sonorum legitimos numeros ex euteret, etymologiae tertia, aut potius analogiae, in qua nominum praecipue, & verborum declinatus notarētur, vltima quae ab apta quadam, & consentienti verborum serie, quā subtiliter considerat, syntaxis apposite est dicta. Ac ne tantum oneris vni arti imponeretur, & ut iij qui non tam ad studiorum progressus, quā ad quotidianas vitae rationes huius artis opera egebant, eius fin minus perfecta cognitione, parte saltem aliqua frui possēt, ex vna duae Grammaticae factae, ut obseruat Sex. Pyrrhoneus: rudior vna, & imperfectior, ac paene popularis, quae a posteris Grammatica, ut ab illa grauiori differret, est vocata, ut a Romanis auctore Varrone litteratio, altera perfectior, & absolu-
A 3 tior,

tior, quaeque ad politiores tantum pertineret,
nomen commune apud Graecos Grammaticae
tanquam proprium, quemadmodum apud Ro-
manos litteraturae sibi vindicauit. Illa, quae po-
sterioris quasi infantia quaedam est, Grammati-
stae, hoc est, ut Latini loquuntur, litteratores,
aut *σοιχητραι*, ut Apollonius eos nominat, pue-
ros fere elementarios docebat, hanc Grammatici,
quod est more Latino, litterati. Illam scientiam
legendi, & scribendi, quod dictatum est, defini-
uit Aristoteles: quam nos hoc potissimum libel-
lo, quod ad linguam Graecam spectat, tradere
institimus: non ea quidem tenuitate, neq. ijs
angustijs, in quas est ab Epicureis odio fortasse
potioris litteraturae, aut a Pyrrhoneis studio
quodam perpetuo oppugnandi bonas artes con-
pulsas, sed liberioribus spatijs, qualia videtur ei-
re bene considerata Apollonius, & alij veteres
scriptores concessisse. Qua in re, quia neq. Grae-
cos illos priscos audire, neq. manum eorum legere
placere conceditur, ut opera nostra testatior sit, ad-
uocamus grauissimos quosque testes cum ex
Graecis, quorum maior in hoc studio auctoritas,
tum ex Latinis. Et quoniam olim una cum Gram-
matica calculorum disciplina tradebatur, li-
cet alterius artis sit, quam logisticam prisci no-
minant, notas etiam quasdam illorum ex Hero-
diano, & alijs repetitas cumuli loco adiunximus.
Neque uero alienum prorsus a nostrae instituto,
quo Graeca cum Latinis, quoad possumus, con-
iun-

iungere cupimus, arbitrati sumus, assuere hic dis-
putationem de mutatione linguae Graecae in La-
tinam. Qua item in disputatione, ne nimium no-
bis videamur arrogare, scriptores quosq. clarissi-
mos saepe laudamus. Quod si quid paulo liberi-
us interpretamur, condonabitur, ut spero, post il-
las licentiae plenas Platonis, & Varronis etymo-
logias, ut alias intolerabiles & paene militares hu-
jus aetatis taceam, dum commodis studiosae iuuen-
tutis consulamus. Sunt & eiusdem paene argumē-
ti, quae a nobis extremo libello adduntur, aliquot
locutionum Graecarum formulae cum duplici
interpretatione Latina, ut certius, & utilius Grae-
ca cum Latinis earum exemplo, si quis cum la-
borem posteris non inuiderit, coniungi possint.
Postremo, ut expeditior, & promptior facultas
esset tyronibus Graeca scribendi, tabellae binae a
nobis ex consuetudine vulgari legendi, & scribendi
descriptae, ita ut antecederent Latinarum litterarum
notae tamquam notiores, & Graecae ut obscuriores
sequerentur. Hanc lucubrationem, quia iam pri-
dem Manib. Francisci Carbonellij sacerdotis ho-
nestissimi Tarraconensis debebamus, illis quasi
nostrae in illum benevolentiae, & obseruantiae,
μνημόσυνον consecratam uolumus. Quam si tibi,
studiose lector, probari senserimus, institutio-
nes Grammaticae linguae Graecae pleniores,
quas multi ex nostris auide expectant, prope-
dit edemus. Vale, & nos ama. Barci. ex bibliotheca
nostra A. D. III. ID. Mart. ∞ DLXXXIX.

ERRATA INSIGNIORA:

Fol. 3. u. 25. 6. post assequuntur interponendum, ut ait Curtius Valerianus. fol. 6. u. 9. uerba illa, ex ijs conijcere licet usque ad illa plenam edat, reponenda sunt uersu tertio ejusdem paginae, post illa in Cratyl. fo. 6 b. u. 14. delend. 7. fol. 7. b. u. 23. leg. cs. fol. 11 a. u. 3. repon. Δ. fol. 12. b. u. 15. post cernitur interponenda hcc nota. □. fo. 14. a. u. 10. male diuulsa notæ VV. paenuria characteris, ut ̄ fol. 22. b. u. 14. ̄ 15. male nota subunionis, ut uulgo loquuntur, expressa, cum inani partem duarum litterarum contingere deberet. fol. 23. a. u. 8. proprie. fol. 24. b. u. 13. leg. ex Χειροῦ. fol. 27. b. u. 7. nota auersae obelismenae, ̄ obeli perperam expressae. fol. 28. a. paenul. u. pag. llæ notarum repon. 5000. eadem pag. u. 23. dcl. t. post minuittur. ̄ seq. u. leg. 1100. ̄ seq. pag. notæ nonagenarij, ̄ non genticimi ob eandem inopiã characterum, ut millenorum fere male acceptae. fol. 38. a. u. 22. leg. ex hodus. ̄ b. u. 10. pecus. fol. 41. a. u. 9. post frequētissime interpon. Papirianus. fol. 44. b. u. 6. post libo interp. Adamantius Martyrius. fol. 45. a. u. 15. διοικησι. fol. 47. b. u. 14. post Hercules interp. Eutychiides. fol. 52. a. u. 12. εὐχομαε. f. 53. b. u. 28. mu= tuo. fol. 56. b. u. 22. leg. ἐσιρ. fol. 59. c. 2. ut 2. petiuit. fol. 64. b. u. 9. Phaselita. reliqua quisque pro sui ingenij acumine facillime emendabit.

GRAMMATISTICA LINGVAE GRAECAE.

Nomina litterarum ut lingua communi efferuntur.

| | |
|------------|----------|
| Αλφα | Alpha. |
| Βῆτα. | Beta. |
| Γάμμα. | Gamma. |
| Δέλτα. | Delta. |
| Ε, ψιλόν. | Epsilon. |
| Ζῆτα. | Zeta. |
| Ητα. | Eta. |
| Θῆτα. | Theta. |
| Ιῶτα. | Iota. |
| Κάππα. | Cappa. |
| Λάμβδα. | Lambda. |
| Μυ. | My. |
| Νυ. | Ny. |
| Ξι. | Xi. |
| Ο, μικρόν. | Omicron. |
| Ρι. | Pi. |
| Ρῶ. | Rho. |
| Σίγμα. | Sigma. |
| Ταυ. | Tau. |
| Υ, ψιλόν. | Upsilon. |
| Φι. | Phi. |
| Χι. | Chi. |
| Ψι. | Psi. |
| Ω, μέγα. | Omega. |

FIGURAE MAIUSCULAE
litterarum. Figurae minusculae.

| | |
|-----|-------|
| A. | α. |
| B. | β, υ. |
| Γ. | γ. |
| Δ. | δ. |
| E. | ε. |
| Z. | ζ. |
| H. | η. |
| Θ. | θ, θ |
| I. | ι. |
| K. | κ, κ. |
| Λ. | λ. |
| M. | μ. |
| N. | ν, υ. |
| Ξ. | ξ. |
| Ο. | ο. |
| ΠΡ. | π, π. |
| P. | ρ. |
| ΣΖ. | σ, σ. |
| T. | τ, τ. |
| Υ. | υ. |
| Φ. | φ. |
| X. | χ. |
| Ψ. | ψ. |
| Ω. | ω. |

PO

POTESTAS LITTERARUM
rum vera.

| | |
|----------|------------------------|
| A, α. | a. |
| B, β, υ. | b. |
| Γ, γ. | g, vt sequente a. |
| Δ, δ. | d. |
| E, ε. | e, breue. |
| Z, ζ. | z. |
| H, η. | e, longum. |
| Θ, θ. | th. |
| I, ι. | i, vocalis. |
| K, κ. | c, vt sequente a, & o. |
| Λ, λ. | l, vt sequente a, & o. |
| M, μ. | m. |
| N, ν. | n. |
| Ξ, ξ. | x. |
| Ο, ο. | o, breue. |
| Ρ, π. | p. |
| P, ρ. | r. |
| Σ, σ, σ. | s. |
| T, τ. | t. |
| Υ, υ. | y, aut u, Gallicum. |
| Φ, φ. | ph. |
| X, χ. | ch. |
| Ψ, ψ. | ps, sed pressius. |
| Ω, ω. | o, longum. |

B, 2 Gramma

GRAMMATICIS TICA lin-
 guae Graecae est ars legendi, & scri-
 bendi. Huius quattuor sunt partes:
 de litteris, de syllabis, de dictionib.,
 atq. de oratione. in litteris haec spe-
 ctanda: nomen, figura, potestas, hoc est quo mo-
 do singulae proferendae, spiritus praeterea, & tē-
 pora. nā accētus litteris & syllabis non qua tales
 sunt, sed quū dictiones ex his fiunt, tribuūtur.
 ac elementa quidē quū enunciātur, vocantur a
 Grāmaticis, quasi initia reliquarū vocū, litterae
 vero quū scribuntur. & quoniam scriptura ad so-
 nos earum notandos inuenta est, primum de ge-
 neribus litterarum secundum sonos disputandū
 deinde de earū potestate sigillatim, tū de earū
 figuris, atq. nominibus, postremo de spiritu &
 tēporib. ex litteris igitur illae quae quū pronū-
 ciantur solae, non egent alterius adminiculo, vt
 plenam vocem reddant, vocales per excellentiā
 nominantur, reliquae consonantes. hanc diuisio-
 nem comprobat Plato in Cratylo cum facit ele-
 menta alia vocalia, alia muta. sunt autem voca-
 les septem α, ε, η, ι, ο, υ, ω. e quib. duae sunt longae
 natura η, nempe ε, ω: totidem breues natura ε, &
 ο. in longis efferendis plus commorandum, quā
 in breuib. quod percipi posse videtur ex ouium
 balatu, quae, vt expressit Cratinus, proferūt βη,
 βη, hoc est be, be, sed ita proferendae longae, vt
 sonus non interrumpatur, vt recte monet Dio-
 nyfius

nyfius Halicar. quare nō erit sonus geminatae vo-
 calis, sed eiusdē cū mora. vulgo vix distinguim?
 haec tēpora in pronūciādo. Catalani, & nostrates
 videntur haec internoscere, quū proferunt deū
 pro deo, aut debet quasi δεῦ, & pro decē veluti
 δεῦ. sic & molt pro multo vt μέλτ: at promolito
 μέλτ vt prudenter videatur Simonides, aut
 qui cūq. fuit η, & ω ab ε, & ο, separasse. reliquae
 vocales sunt ancipites: quia in quibusdā verbis
 longae, in alijs breues obseruantur, & aliquan-
 do in eodem verbo & breues, & longae. conso-
 nantium mutae aliae, aliae semiuocales appellā-
 tur: semiuocales dicuntur eae, quarum sonus
 proxime ad vocalium sonum accedit, vt plenius
 quam mutae audiantur, neq. videantur conse-
 quenti adminiculo vocalium, vt mutae indige-
 re. hae octo sunt: quattuor immutabiles siue li-
 quidae λ, μ, ν, ρ, tres duplices ζ, ξ, ψ, reliqua σ,
 sui iuris: quae neq. immutabilis est, neq. du-
 plex, ac propterea ἀσμιμον quasi nulla propria no-
 ta insigne elemētum, & μοναδικόν, vt ait Diome-
 des, idest solitarium nominatur. immutabiles
 vocantur quae vix in linguarum, & dialecto-
 rum migratione, & nominum, atq. verborum
 declinatione mutantur: vt ἔλλην, ἑλλενος, νεμω,
 νεμω, ῥεπω repo. caedem liquidae, & humi-
 dae nominantur: quod pressu anteceden-
 tium mutarum ita vrgeri videantur, vt fere ea-
 rum sonus quasi hum or quidā liquefcat, & fun-
 datur.

Grammatica Graeca.

datur. quod assequi praeclare videntur Illegitimes in pronuntiatione nominum blad, id est frumenti, & pla hoc est plani: balbutientes illas plane elidunt. ex quo fit ut antecedentem vocalem non semper producat liquida praecedente muta, licet duae sint consonantes. propter quam causam praecipue vocantur liquidae, aut vdae, ut ait Terentianus, quia lubrica est earum natura, & mutabilis. duplices appellantur quarum sonus ex duarum consonantium sonis corruptis conflatur, ut docet Dionysius Halicarn. ita ξ, recte proferri videtur a nostris in nomine caxa, hoc est arca, licet fiat ex κ, & σ, ut ζ, ex τ, & σ, quod postulat ratio analogiae, aut quae publica opinio & certior ex α, & σ: cuius assipulator Plato in Cratylo, quum docet priscos ante reperi tum ζ, vfos loco illius τσ, α: ita δυογός pro ζυγός, & δυνατα pro ζυγατα usurpabant. idem testatur Victorin. qui scribit nisi z, esset, dicturos Latinos Dsephurus, non oportet tamen nimis expressos esse duos illos sonos, sed aliquantulum reufos. atq. ψ, ex π, et σ, ut disputat Scaurus contra Varronem. corrumpendus tamen tantisper sonus vtriusq. consonantis: quod quia Latini non assequuntur, propterea hanc litteram non receperunt. latet tamen in ijs vis reliquarum mutarum, quae sunt illis cognatae, ut in ψ, βσ, & φσ, & in ξ, γσ, & χσ, & in ζ, ασ, & θσ: quae apparent in declinatu, & mutatione, licet

P. Io. Nunnesij.

4

et proferri eo modo non possint. quis enim exprimet vnquam ore suo φσ, χσ, aut θσ? Graeci quia sonum harum probe exprimunt, has litteras duplices siue a Palamede, siue a Simonide, siue ab Epicharmo repertas, approbaverunt. cur autem tres tantum duplices inuentae docet Aristoteles extremo libro de Sapientia: quia nimirum tres tantum loci quib. mutae concipiuntur palatus, dentes, & labia. quib. cum subiungitur sigillatim sigma, necesse est tres tantum duplices confici. eadem ratio exposita fuerat ab Archino, ut Syrianus & Philoponus ex Theophrasto retulerunt. mutae sunt quae nisi vocalium illas consequentium proximo sono nitentur, intra oris sonum perirent: ut β, α. hae sunt novem: tres tenues π, κ, τ, totidem mediae ς, γ, δ, totidem etiam aspiratae φ, χ, θ. aspiratae necessariae visae Graecis, ut ait Priscianus, quia addita aspiratio saepe mutat significationem: ut κρόν & Saturnus, χρόν & tempus, praeclare ergo Palamedes, aut Epicharmus has superiotibus adiunxerunt. Aspiratae densius enunciantur, quam ceterae, ut carum sonus videatur tenuium sonum augere addito afflatu. ita φ, profertur ut ph, prioribus labijs, quam f, Latinorum, ut censuit Priscianus. mediae densius efferendae, quam tenues, & exilius, quam aspiratae. ita fit, quod observat idem Priscianus, ut, si quis attente animadvertat, quum proferuntur exterior pulsus sit leuius, interior

B 4

aspera

asperarum, inter vtrumq. mediarum. ex his no-
uem mutis fiunt tres ordines, singuli exillis
quae maxima inter se cognatione coniunctae
sunt. primus harum π, β, φ, secundus illarum
κ, γ, χ, tertius reliquarum τ, ς, θ. qui ordines
sunt longe utilissimi ad obseruandos nominum
& verborum declinatus: vt λέγω λέλεχα, θύω τε,
θύκα, φλέψ φλεβός, & qui migret lingua vna
aut dialectus in alteram: vt θρίαμβος, triumphus
ob hanc causam αντίστοιχα vocantur elementa
muta eiusdem ordinis, quod cum alijs saepe cō-
mutentur, ex trib. priorib. consecutionib. litte-
rarū potestas ceteris est praestabilior: reliquae
namq. propter eam quaeruntur, & potestatem
earum magna ex parte indicant. quapropter
de singularum legitimis sonis hoc loco dissen-
dum est.

DE VERA POTESTATE
singularum litterarum.

OMNES vocales, vt docet Halicarnasaeus,
proferendae sunt sic, vt arteria contineat spiri-
tum & os simpliciter figuretur, & lingua nihil
efficiat, sed quiescat: praeterquam quod longae
& quae producuntur ex ancipitibus continent
fistulam spiritus extensam et continuam: bre-
ues autem, & ex ancipitibus quae corripuntur,
proferendae sunt vno ictu spiritus, ita vt arteria
parum

parum moueatur.

A, proferatur aperto plurimū ore, & spiritu
versus palatum sublato, vt idem docet.

B, P, Φ, efferuntur summis labijs, vt explicat
Dionysius, cum spiritus, qui compresso ore ex
arteria prodit, soluerit vinculum ipsius. Vere
de his potest pronuncari quod Aristoteles li 2.
de partib. scripsit quaedā elementa esse συμβο-
λὰς τῶν χειλῶν, id est labrorum pressu fieri. Sed
tenui quodam sono proferatur π, densiori autem
& cum afflatu maiori φ, medio vero modo β.
quare valebit β. non u, consonum, sed b, vt cen-
stat ex versu Cratini Comici, quo balatum ouīū
expressit littera β, qui versus exstat apud Ae-
lium Dionysium.

Ὁ δ' ἡλίθιος ὡσπερ πρόβατου βῆ, βῆ λέγων βαδίζῃ.

id est, fatuus autem tamquā ouis, be, be, dicens
vadit. Deinde ex M. Tullio qui nono libro Epi-
stolarum ad Varronem, & alios in epistola qua-
dam ad Paetum negat dictionem binei si Lau-
ne proferatur, obscaenam esse: cum Graece eadē
significet coniunctionem maris & feminae. Tū
ex mutatione linguae Graecae in Latinam &
contra: nam quem illi βάρβαρον appellant, La-
tini barbarum dicunt. Si quae autem dictio La-
tina incipiat ab u, consonante, vertitur in sermo-
nem Graecum sic vt diphthongus ou, loco u, cō-
sonantis

sonantis reddatur, non θ . ut Valerius, Graece $\theta\upsilon\alpha\lambda\epsilon\pi\iota\omicron\varsigma$. Ad extremum ex littera Hebraica Beth, quae ut b, Latinum pronunciatur. Huc accedit nomen vulgo usurpatum alphabeti, & beta togatorum Martialis. Vascones & ex nostris Burgenfes, Toletani, & Aragonenses laxius per v, consonantem ex primunt male.

τ , ut annotat idem Dionysius, κ , & χ , efferuntur lingua affurgente secundum palatum prope guttur, sic ut arteria succinat spiritui. Sed κ , sine vli'o afflatu tenui sono exprimitur, χ , vero cum afflatu crassiori & densiori: at γ , media quadam ratione. Quamobrem eodem modo proferenda haec littera, cum sequuntur e, & i, atq. cum sequuntur ceterae vocales, ut palato nitatur pronuntiatio. γ , autem ante alterum γ , aut κ , aut ξ , aut χ , cum cohaerere non possit, ante has litteras, mutatur a Graecis in ν non ut sonus litterae γ , ante eas litteras proferatur, quod fieri non posse videtur praesertim in ultimis syllabis $\sigma\upsilon\epsilon\gamma\gamma$ Syrinx, sed ut significetur illud n, peregrino quodam sono esse exprimendum, ita ut lingua palatum non feriat, ut Agellius ex Nigidio obseruauit, & Victorinus.

Δ , ut tradit idem Dionysius, τ , & θ , enunciantur sic, ut lingua nitatur summo ore secundum dentes superiores, deinde a spiritu caedatur, ut lingua exitum ei circa dentes reddat. Probe ergo in has cadet illud Aristotelicum ex li. 2. de partibus, quaedam elementa esse $\pi\epsilon\omicron\beta\omicron\lambda\omicron\sigma\tau\omicron\varsigma$ $\gamma\lambda\acute{\omega}\sigma$

$\sigma\eta\varsigma$. etenim haec fiunt quum lingua opponitur dentibus. & quasi ab illis compressa, atq. eis nitens cedit, ut Plato monstrat in Cratylo. Differunt tamen, quia sonus τ , est tenuis sine vlla scilicet aspiratione, sonus autem θ , pinguior: at sonus $\tau\theta$, δ . inter vtrumq. interiectus.

E, ut ait Aristides Quintilianus, facit quodammodo hiare os, quamquam illam, ut ait Capella spiritus facit lingua paullulum pressiore. Ex his conicere licet quam prudenter excogitata fuerit nota illa silentij, st, quae apud Latinos poetas est frequentissima: quia, t, caedit & coerces sibilum, sine longius euolutus vocem plenam edat.

Z, non est proferendum ut duplex σ . nam isto pacto nihil interesset inter verba quae desinunt in $\zeta\omega$, & quae desinunt in $\sigma\sigma\omega$. neque etiam proferendum est duplici sono, sic ut vtriusq. litterae ex quibus constat sonus audiatur: quia, ut scribit Dionysius, vtriusq. simplicis sonus in duplicibus corrumpitur, & vox propria redditur. quare neq. pronuntiandum erit ut ds, neq. ut sd, sed tertio quodam sono, quem ex primunt nostri cum efferunt nomen Lazaro. Oportet tamen illud cum plurimo spiritu efferri, cum sit $\pi\upsilon\delta\iota\mu\alpha\tau\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$ littera id est plenioris spiritus. Quam etiam sententiam videtur confirmasse satis Capella testimonio Appij Claudij, qui de testabatur huius litterae sonum, quia cum exprimitur, dentes mortui imitatur quid quod iudicio Prisciani, melius sonat, quam cs, aut gs, & \downarrow melius, quam ps, vel bs. quod

esset falsum, nisi alius esset sonus duplicium litterarū atque earum ex quibus constant. Eadem igitur ratio in Z, valebit, quin etiam hoc sono reddetur suavitas illa, quam Quinctilianus lib. 12. in pronuntiatione τζ, Z, observavit, ac praefertim cum, δ, sonus in ea audiatur, qui lenior est, & mollior quam, τ, tenuis. Quod si quis requirat, cum ex duobus sonis constet, vter antecedere debeat, respondebo elementum τζ, δ, antecedere debere, ut in ceteris duplicibus: quod Aristoteles animadvertit extremo libro de Sapientia. sic & Terentianus docet ξ, sonare es, non cōtra, se, qui sonus est dissimilis. Iam vero cum respondeat τζ, Tzade Hebraeorum, aperte colligitur sonum mutae praecedere debere, ut in extrema dictione illi pronuntiant, atque nos etiam interdum in media dictione Ladzaro. Postremo quia esset pronuntiatione Aeolica, non communis. Nam qui de dialectis scripserunt, annotant ab Aeolibus inuerti ordinem litterarū simplicium in duplicibus exprimendis: ut σπέλλιου pro φέλλιου Aeoles proferebant, & σκίφος pro ξίφος, & σδύς pro ζεύς.

H, ut ait Dionysius, profertur sic, ut sonū confirmet circa basim linguae, non in parte superiori, & ut os modice aperiatur: non est igitur proferendum ut, i, sed quasi, e, lōgum, ut Var. 2. de re rustica in nomine μηλα proferendo fieri solere docet, quod etiam constat ex versu Cratini
supra

supra citato, & ex mutatione linguae Graecae in Latinam: ut ζήλος, zelus, quin & Plato in Cratulo scribit veteres Graecos vbi utendam erat ζῆν, adhibuisse vocalem ε. quod & Aufonius poeta his versibus videtur observasse.

Ηα quod Aeolidum, quodque valet hoc Latiar E. Praesto quod E. Latium semper breue Dorica vox, ε, Hoc etiam confirmat P. in. quum docet ex inscriptione quadam Delphica Graecos olim τδ, ε loco τδ, η, scripsisse. in numisma is quoque Graecis legimus ΑΘΕΝΑΙΩΝ, pro Αθηναίων.

Θ, ut t, cum adspiratione proferendum est: vide supra quae in δ, observauimus.

I, ut annotat idem Halicarnasensis, sic effertur ut spiritus pulsetur circa dentes, aperto parum ore, ita ut labia nihil addat pronuntiationi, quod sit alicuius momenti: proferendum autem semper ut vocalis, non ut consonans: licet in epigramatis aliquando pro consonante usurpetur. quod & Claudianus imitatus in nomine Iacobi, & alijs, & Terentianusa Graecis poetis factitatum confirmat.

K, de huius litterae legitimo sono vide, quae scripsimus in γ, ex quo percipietur proferendum esse eodem modo ante omnes vocales: cum sit littera palati. quod si continetur post γ, sequatur, non est proferendum, ut g, sed ut c: quod testatur nomen ἀγκυρα, quod Latine ancora dicimus.

A, ut prodidit Dionysius, exprimitur sic, ut lingua palatum versus assurgat, & arteria spiritum contineat. hic sonus videtur levis & mollis, ut scribit Plato in Cratylo, & quasi labentis linguae. quocirca eodem etiam modo pronuncian- dum quaecumq. vocalis sequatur, nō ut gli Italorum, vel si, i, sequatur.

M, pronūciādū, ut idem scribit, ita ut os labijs prematur, & spiritus per nares distribuatur.

N, ex eodem Dionysio sic efferendum est, ut lingua impetum spiritus occludat, & sonum in nares transferat: ut vere Plato sonum ipsius ν, in- tus sentiri affirmet in Cratylo. Aristides etiam Quinctil. μ, & ν, naribus proferri ait: profertur igitur τέ, ν, eodem modo, quaecumq. vocalis se- quatur. quare si sit, i, non est proferendum ut gni: neq. vero si post, n, in diuersis dictionibus sequatur ε, aut π, proferendum est ut, m: quia negat Quinctilianus vllam dictionem Graecā in, m, terminari: quare non dicendū τόν βίον, tom bion, sed ton bion, neq. τόν πόρον tom poron, sed ton poron.

Ξ, quod ξ, littera non sit pronucianda ut es, neq. ut gs, si linguam communem sequamur, satis percipitur ex ijs, quae supra disputata fue- runt de duplicib. in littera ζ. Sonus igitur quae- rendus est proprius huius litterae, ut ibi demon- strauimus, qui alius certe esse nō potest, quā qui a nobis exprimitur, cum patrio sermone pronū-
ciamus

ciamus axi, Quare errant si qui proferunt aliter hanc litterā, ut vulgo nostri Latine loquuntur, & Capella pronuciandam esse innuit, cum illam litteram esse negat, quoniam duplex est.

O, ut docet Felix Capella, comparatur rotun- di oris spiritu, sic, ut os melius diducat, quam ε, & ictum maiorem circa arteriam reddat, ut an- notat Dionysius. Est autem sonus ο, virilis, ut ait Aristides Quinctilianus, quia conuoluit instrumentum vocis, & sonum antequam expri- matur arripit.

P, de sono legitimo litterae π, vide quae dis- seruimus in littera β, ex qua disputatione vi- detur proferendum ut p, Latinorum, etsi antece- dat m, non ut b: quod confirmat nomen πώμ- πη. Latine enim pompa, non pomba dicimus.

P, auctore Dionysio, pronuciatur, ita ut sum- ma lingua feriat spiritum, & palatum versus as- surgat prope dentes. qui sonus concitatus est & durus, ut Plato innuit in Cratylo. Quare praepo- ste re quidam eum sonum molliunt.

Σ, ut inquit Plato in Sophista sonus est veluti linguae sibilantis: qui ut ait idem est πνευματώ- δης. Huius elementi sonum vehementer oderat Pericles. Euripidis item versus ille πολύσι- γμοῦ exagitatus ἔσωσα σῶσις, unde & Comi- ci iocus ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Euripίδος Pindari quoque δᾶ Ἀσοι γμοῦ fecit atque σι- γμα κίβδηλον hoc est adulterinum, ut Dionysius refert.

refert, appellauit. quin & Attici odio fortasse huius elementi illud in, τ, saepe cōmutant. Σ, ut inquit. Capella, sibilum facit dentibus verberatis.

Τ, ut τ, Latinorum, non ut d, quamuis praece dat continenter υ, nec in eadem dictione, neq. in diuersis: non in eadem, quia frustra laborarent viri docti de dissimilitudine nominum εντελεχειας & ενδεδεχειας. Quod etiam confirmant iurisconsulti Graeci, qui τρισαμέντω cum scribunt, per υ, & τ, nolunt tamen proferri testamendo, in diuersis vero dictionibus multo minus hoc recipiendum est, alioqui nihil iuueret inter τὸν τρέμου, & τὸν δρόμου, & nihil etiam inter οἰκόνδε, aduerbium loci, id est, domum & οἰκόντε id est, domumq. De huius autem germano sono consule ea quae obseruauimus in prolatione litterae δ. τ, sonum leuissimum esse in consonantibus docet Aristides Quintilianus, atq. solum eum similem esse illi sono quem reddunt fides pulsatae.

Υ, ut Dionysius adnotat sic perficitur, ut contractione quadam insigni labiorum opprimatur, & sonus quam minutissimus exeat, quomodo profertur υ, Gallicum: non igitur ut i, pronuntiam, neq. etiam ut u, Latinum, quod, u, Aeolico more profertur, ut tradidit Priscianus, quasi diphthongus ου, obscura quadam ratione exprimitur. Quod autem non sit, proferendum tamquam i, confirmant dictiones, quae ex alterutra
lingua

lingua in alteram conuertuntur: ut μῦς, mus, τὴν λῆος, Tullius. Hoc argumento ductus Verrius Flaccus, ut docet Velleius Longus, putabat υ, idem valere quod u, Latinum.

Φ, non est pronunciandum ut f, Latinorum, cuius sonus est lenis, & hebes, ut ait Terentianus, sed ut p, cum afflatu: quem sonum exprimimus, cum afflatu ignem excitamus, ut obseruat interpres Aristophanis: quam sententiam comprobatur Priscianus, cum inquit φ, pressioribus labijs proferendum esse quam f, Latinorum. Est autem sonus φ, quem Graecus edit πνολμα τώδης, ut Plato docet in Cratylo. Quod clare cernitur in auersantium aduerbio Graeco φεῦ, quod Plautus Latine reddidit Phu. Vide etiam quae annotauimus in B.

Χ, non est efferendum, ut f, profertur vulgo a nostris in dictione caxa, sed eodem modo atque omnes vocales: de cuius etiam vero sono repetenda sunt quae supra scripsimus in F.

Ψ, littera, ut disseruimus in Z, proferenda est alio sono quam duae simplices, ex quibus constat, quem tamen non assequimur. spiritus autem exprimendus in eius enunciatione: quia πνολμα τώδης item est, ut monuit Plato in Cratylo.

Ω, si Dionysium consulas, effertur ore rotundo & contractis labijs, ita ut spiritus feriat os summum: profertur autem ut o, longum.

Grammatica Graeca:
DE FIGURIS VERIS
litterarum.

Absoluta disputatione de potestate litterarum, de earum figuris agendum.

A. figura huius litterae colligitur ex eius prolatione, quā supra ex Halicarnasico didicimus, tum etiam quia cum Δ , confunditur, ut paullo post intelligitur ex Terentiano & veteribus in scripturibus: quae ut fortasse distinguantur, additur recta linea traiecta $\tau\omega$, A. nisi quis malit illa linea notari spiritum, qui os diducat.

B. figura huius, ut ait Ianus Lascaris, posset confirmari ex eius tenui & aspirata, quarum partem sua figura videtur complecti.

Γ . hanc figuram fuisse huius litterae confirmat figura digammatis Γ . quod autem digamma hac figura notaretur, diserte tradidit Halicarnasens, cum scribit illam fieri ex duabus lineis transuersis, cum vni rectae adhaereant. quare si figurae duplicis Γ , in hac apparent, gamma erit quale exprimitur figura maiuscula Γ . quam etiam sententiam confirmat Ianus Lascaris ex libro quarto Iamblichii de secta Pythagorica. hanc etiam figuram $\tau\zeta$ Γ , edit Alypius in notis Musicis.

Δ , figura trianguli notabatur: quod declarat Aegyptus & pars in Aegypti medio, quae Delta vocabatur propter trianguli similitudinem,
& li.

& libelli $\Delta\epsilon\lambda\tau\omega\iota$ appellati, quod epi stolae antiquitus trianguli figura plicarentur: acies etiam ad cunei formam structa, & media pars figurae rhombi, quae triangulum refert, hoc nomine appellatur. Et in figuris caelestibus $\Delta\epsilon\lambda\tau\omega\iota$ astrum ab hac figura nomen inuenit: quin & Galenus in libello, qui Medicus inscribitur, ait figuras quasdam, quae accidunt fronti specie quadam trianguli similes esse $\tau\omega$, Δ .

E. de figurae, qualis esset intelligitur ex loco quodam Euripidis in Theseo, cum pastor ait quartam litteram nominis $\Theta\epsilon\sigma\epsilon\upsilon\varsigma$ sic scribi ut vna recta nitantur tres lineae transuersae, quin & alius locus Agathonis Tragicis in Telepho idem confirmat, cum de eodem nomine quidam illiteratus ait quartae litterae figuram esse tridecis obliqui. Quod & repetit Theodectes Phaselita, cum rusticum inducit de eodem nomine disputantem.

Z. huius figura a parte aedium, quam $\zeta\eta\tau\alpha$ Graeci apellarunt, sumitur, ut idem Lascaris docet. cognoscetur autem plane hanc figuram $\tau\zeta$ Z, olim fuisse ex eo quod scribit Aristo. figuram huius elementi, & ipsius N, solo situ discrepare.

H. figura huius litterae exprimitur in eadem fabula Euripidis hoc modo: duae lineae rectae, & tertia quae vtraque traiecit. Agatho tamen idem apertius scribit duas esse regulas vno iugo ligatas.

ligatas. Sed multo certius Theodectes inquit duas esse regulas pari omnino mensura, quas colligat regula transversa per medium. quidquod veteres Grammatici docent figuram huius litterae constare ex nota aspirationis & spiritus tenuis: quae duae notae in maiusculis sic notabantur Ϟ , ϟ .

Θ, figura sic ex primitur ab Euripide: circulus quidam toro affabre factus cum puncto aperto in medio. posset etiam confirmari figura Ϟ Θ, ex fabarum floribus auctore Varrone, ut refert Plinius.

I. figura eius colligi potest ex secundo Metamorphoseon Ouidij, cum fabulam Ionis describit: tum etiam ex nota Romana unitatis, quam Priscianus littera I, exprimi asserit.

K, vera figura colligitur ex nota quae inurebatur equis in Asia, quos ab ea figura κοππατίας nominabant, ut scribit interpret Aristophanis. κοππαφόνους vocat Lucianus: quae ad huc memoriâ nostrâ in equis cernitur, ut refert Ianus Lascaris.

Δ, figura constat ex figuris acuti, & grauis accentus, ut Grammatici veteres docent: quam etiam confirmat futura occipitis, quae propter similitudinem eius litterae Δαμβλοειδης a medicis vocatur, & Δάμβλωμα figura monanguli quae traditur ab arithmetiis, hac etiam figura notabant veteres A, ut refert Terentianus, quâ
senten

sententiam comprobatur epigramma antiquum, quod spectatur Tarracone: in quo legitur vox Δαλίση triplici figura Ϟ υ, repetita hoc modo Δ Δ Δ Η C E I. Hinc apud Suidam Δατωρ pro Αδιστωρ.

M, N. figurae μ , ν , verae colligi possunt ex fragmentis Florentij, de ponderibus & mensuris.

Ξ. figura litterae ξ, comprobabitur, quod argumentum omnium litterarum est commune, ex veteribus inscriptionibus & libris manuscriptis: potest etiam confirmari ex pronuntiatione. nam si eius pronuntiatione est qualem supra docuimus, videtur proferri diductis labijs, & in terposito spiritu, ut duae rectae transversae labia notent, & quae minor interiecta est, spiritum.

Ο. figura ο, notatur circulo paruo: quia profertur ore rotundo: ac legimus aliquando eius figuram minorem Ϟ ω, ut ex ipsa nota eius quantitas significetur.

ΠΡ. has duas figuras scribit Lascaris se reperisse in antiquis libris vsitatas, neque satis posse discernere vtra sit antiquior. videtur tamen antiquior esse, quae constat utroque latere aequali, tum quia ea cernitur in notis poenarum in antiquissimis decretis, & legibus Solonis, ut Δ significet quinquaginta, & Η quingenta, & Χ quinq. millia, Accedit etiam huc quod Alypius

in notis Musicis cum P, καθεκυσμῶν hac figura P notat, appellaret potius ἀπετραμῶν, si haec esset legitima figura π, P.

P. figura huius litterae praeter fidem veterum codicum, & nummorum, & inscriptionum constitui potest ex vera illius pronuntiatione: quam supra repetiimus ex Halicarnasico.

Σ. figura huius litterae cicinno conuoluto similis dicitur ab Euripide & Theodecte, ab Agathone vero arcui Scythico: quin & Galenus figuram olis cuiusdam in ancone similem esse ait litterae sigma. quare videtur hac figura notanda esse C: quod & confirmat figura τῶ anti sigma a Claudio Caesare inuenta, quae legitur apud Prisc. lib. 1. hoc modo OC. quamuis apud D. Isidorum antisigma aliter notatum legitur, confirmat etiam hanc sententiam Terentianus quā etiam figuram π C, legimus semper in notis musicis Atypij, & inscriptione veteri Tarraconensi.

TOYC COYC APYNAC AIYN
AAAHCEI.

Martialis quoq. fedile quoddam vocat sigma: forsitan sella erat figura hemicycli.

T. figura huius litterae colligitur facile ex libello Luciani, in quo inducit contendētes C, & T, apud vocales, ubi C, obicit τῶ T, quod supplicij nota sit: quod etiam confirmatur a Tertuliano li. 3. aduersus Marcionem.

Y. fi.

Y, figuram huius litterae sic expressit pastor apud Euripidem: duae lineae disiunctae, quae in vnam basim concurrunt. Agatho vero scribit duas esse regulas supra vnam cōiunctas, at Theodectes duas esse virgulas superne pari mensura, quae in vnam basim concurrant: existant etiam de huius litterae figura versiculi, qui vulgo circumferuntur.

Littera Pythagorae discrimine scēta bicorniēte. φ, huius figurā, inquit Lascaris, edocuit, qui caduceum scribit baculum esse mediocris mensurae anguibus vtrinq. supra eius medium cōplicatis in circuli modum, vt baculus sit diameter ad similitudinem φ, litterae.

X, ex diagono aut diallelo figura cognoscitur: quam & χιασ τῶν, & χ, appellant Rhetores. Scribit etiam Eustathius χ, litteram quattuor punctis inter lineas quae in ipsa conjunguntur distinctis asteriscū notare. Est autē haec figura asterisci ⋈. vt legitur apud Ephraestionē & alios quae & huiusmodi notabatur -⋈- quin & ex Timaeo Platonis idem cōfirmatur: vbi compositionem animae sic describit lineis, vt eam producat in longum, mox per longitudinem diuidat, lineisq. duabus cōiectis alteram per medium admouet alteri, & huiusmodi intersectionem similem esse dicit litterae X. Hinc etiā Proclus eandem figuram cōfirmat, cum scribit eoloco significaria Platone allegorice axium sectiones

C 4

etiones

etiones interse & Zodiaci cum aequinoctiali Priscianus etiam scribit eadem nota, qua decima consonans a Latinis significatur, notari mille, quod sit ea littera prima aut principalis, ut ille loquitur, in nomine Graeco *χίλια*.

Ψ. huius figura satis percipitur ex trifisili epitheto, ut obseruat Lascaris & ex notis Musicis Alypij. Aufon. item tricorneram eam nominat.

Ω. hac figura videtur notari debere Ω, ex Alypio, qui appellat ω, supinum quadratum, ω. quasi vellet significare eandem figuram inuersam, detractis duobus angulis interioribus esse legitimam, τὸν ω. haec etiam figura in monumentis antiquitatis cernitur: quamquam in aliquibus numismatis Graecis legitur hac figura **Ω** quasi sit **T**, supinum, ut loquitur Alypius. Huius Ω, notam memini me vidisse apud Illustrissimum Antonium Augustinum Episcopum Ilerdensem in nomine **B P E T T I Ω N**.

Ex his perspicuum fit litterarum figuris potestatem illarum, propter quam factae sunt, significari. Figura igitur elemēti **A**, os diducendum ostendit. **B**, pressis intus labris proferendum, **F**, pulsandum palatū spiritu, **Δ**, pulsandos primā lingua imos dentes, tum modice eadem curua ut ait Terentianus, summos quoque feriendos. **E**, premi hinc & hinc molares remotos lingua media, sine magno oris hiatu. **Z**, superiori parte

Δ, so-

Δ, sonum imperfectum, neque enim clausa est eius figura, & inferior spiritum **ϕ** **C**, repraesentat, qui recta fertur ad dentes. **H**, plane exprimit duplicis **E**, figuram contrario situ copulatam. **Θ**, spiritum ostendit, qui interposita lingua modico rictu oris prodit. **I**, pressis dentibus attenuatum spiritum exprimit. **K**, hiatus oris interiorē repraesentat. **Λ**, ut spiritus in palatū versus primos dentes assurgat, tum ut labatur, **M**, pressa medio loco labia indicat, & sonum in fauces intus utrinque secludi, ut ait Terentianus. **N**, oris & naris geminum spiritum, ut inquit Victorinus, explicat. **ο**, rotundi oris spiritum plane testatur, nam de **Ξ**, in eius figura satis explicatum. **π**, ut spiritus foras proferatur, docet. **P**, quasi vincino per rupes & confragosa spiritū trahi. **C**, rictum attrahendum ut sibilet, demonstrat. **T**, quasi malleolo ferit dentes superiores **Υ**, insignem labiorum pressum repraesentat. **Φ**, modico rictu labiorum spiritum recta efflari declarat. **X**, sonum τὸν **K**, interius niti indicat. **Ψ**, praefert figuram **π**, sed inuersam & corruptam, & spiritum τὸν **C**, quasi ita notaretur **Ψ**. **Ω**, oris rotundi spiritum utrinque niti ut diutius duret, indicat.

*DE NOMINIBVS
litterarum.*

Nomina

Nomina ex Hebraeis fere conformata ad sonos earum exprimendos. quattuor in his sunt epitheta potius, quam nomina propria litterarum, ut observat Plato in Cratyllo. sunt autem haec E, O, Y, & Ω. E, Ψιλὸν igitur nominatur, id est e, nudum, atque sine vlla adiunctione alterius vocalis: ut intelligatur solum illud proferendum esse, non ut olim notabatur addito, I, quod rotat Grammatici & Plutarchus, ut posset circumflecti quemadmodum cetera nomina monosyllaba litterarum, ut observat Eustathius a Priscis in, o, quoque, factum fuisse addito, υ. sic & υ, Ψιλὸν exponetur nudum, & sine alterius vocalis adiunctione, ut differat ab Υ, diphthongo. nam de reliquis facilis est & expedita ratio propter soni quantitatem, ut ο, μικρὸν, id est parvum, & ω, μέγα id est magnum i. o. minetur. reliqua nomina sunt tantum fere productiones eius soni, quo quaeque littera exprimenda. hinc γάμμα, κάππα, & λάμβδα proferenda semper ut sequenti, α. ita & nomina μῦ, & νῦ, cum, υ, indicant sonum harum litterarum pressu quodam spiritus, qui naribus trahatur, ut docet Halicarn. exprimi oportere, quemadmodum υ, labiorum pressu enunciat. Ρῶ, ut generosior sit sonus, nec, I tenui sono, neque, υ, pressu notatum, sed pleniori sono τοῦ Ω, sunt & alia nomina litterarum secundum alias dialectos, sed nos de communis tantum linguae nominibus disputamus.

Spiritum, qui adhibetur in proferendis ele

mentis si desus sit, aspiratione vocamus: quasi absit, lenis atque exilis dicitur. aspiratio notatur in litteris quidem grandiusculis hoc modo, F, & in eodem versu, in quo & litterae scribitur JAMA, hama, at lenis nota contraria est huic, & in eodem ite versu litterarum notatur: ut JANA, ana. Aeoles loco aspirationis adhibebant hanc notam F, quae eadem fere est cum communi, nisi quod caput illius in latus producit, fortasse quod validius, & crassius sonaret, ut V V Germanorum. a quo sono vocata a veteribus. haec nota, vau, ut observat Priscian. ex Varione, & Didymo. Claudius illam inuertit sic J, ut apparet in lapidibus. litteratis, vicit tamen consuetudo vetus, ut docet Priscian. eadem nota Aeolica a figura digamma nominata, quasi unum gamma supra alterum collocatum videatur. ita Φελένυ pro ἐλένυ legitur, & in media dictione ad vitandum hiatus Δαΐων pro Δαίον. in minoribus litteris aliae usurpantur horum spirituum notae, & supra litteras consignantur. sunt autem notae aspirationis quidem semicirculus, lenis vero spiritus contraria afflatui nota, laevis scilicet semicirculus: ut ἀμα, & ἀνά. aspiratio praesertim initio facit ut densiori spiritu & crassiori littera proferatur. contra lenis spiritus tenuiorem facit sonum vocalis. Omnis dictione quae incipit a vocali habet aspirationem ei vocali appositam, aut spiritum lenem: ut, υ, ex vocalibus, quae semper initio aspiratur:

ratur: fortasse quia compressis labijs densior fit eius pronuntiatio, ut ὄλη, ut ex consonantibus. P, semper initio cum afflatu scribitur, ut ῥόδου. Et quoniam uau Aeolicum asperrime ante, g, sonaret, ab illis τ β, quod sono proximum, sed lenius est, aspirationis loco praeponebatur: ut βρη τωρ pro ῥητωρ. reliquae consonantes his spiritibus non ornantur, nisi dicat quispiam tres illas tenues P, K, T, aspirari: sed tunc degenerant & in aspiratas mutantur. Prisci etiam in medio dictionis vocales aspirabant, ut obseruat Athenaeus, aut leni spiritu eas afficiebant: ut Trypho in nomine τρωσ aspirabat, ω. hinc illa Latinorum mihi, nihil, prehendo, vehemens, contra in nominibus in os, purum, id est praecedente vocali desinentibus. lene est, o, ut πρῶτος, λαγῶς. in nominibus quoque compositis nihil propria sint, retinetur in media dictione aspiratio: ut ἐξέδρα ex hedra, συνέδος synodus. propria tamen differentiae causa, ut annotat Eustathius, aspirationem in leni spiritu mutant: ut Λέυκιππος Πάνορμος. sed quando aspirandae vocales, quando leni tantum spiritu contentae sint, usus docebit, atque emendatorum librorum assidua, & attenta lectio: Grammaticorum etiam praeceptiones, ut Choerobosci & aliorum. Tempora supersunt. tempus moram declarat, quanta adhibenda in cuiusque litterae pronuntiatione. sunt autem duo tempora, longum scilicet, & breue. longi nota est linea longa supra

pra litteras sic inscripta, - ut ᾰ̄̄̄̄ breuis linea inflexa supra litteras notata hoc modo: ὡ̄ ut ᾰ̄̄̄̄. η, & ω, ut supra explicatum longae sunt naturae, diphthongi item, de quibus infra differemus, duplices quoque consonantes, aut duae etiam, aut plures antecedentem vocalem reddunt longam: nisi sint ex illis quae syllepsim, ut Grammatici loquuntur, cum consequente vocali faciunt: quae plerumque vocalem antecedentem non producant. de quibus paullo post disputabitur. Hanc autem disputationem copiosius persequuntur Grammatici, & Metrici, ad quos reijcienda. His ita constitutis perspicuum fiet, cur, ut docet Dionysius, quidam tredecim tantum elementis contenti erant. Nam si longae vocales a breuibus tempore tantum, non sono differunt, poterant Graeci, ut Latini quinque elementis omnium vocalium sonos exprimere. Et quemadmodum Latini sonum, ψ, duplicis repraesentant duabus consonantibus ex quibus conflatur, sic & reliquarum duplicium sonos potuissent Graeci reddere. ita quinque solae semiuocales superessent. ex nouem autem mutis tres tenues videntur posse reliquarum potestatem explere. nam quemadmodum apud Romanos C, pro G, commode usurpabatur, antequam G, a Spurio Caruilio reperiretur, ut adhuc apparet in praenominibus. C. & Cn. & in columna Duilij, sic & ceterae tenues in locum suarum

rum mediarum suffici posse videbantur, pro aspiratis quoque eadem adhiberi poterant appositae nota aspirationis: quin & Romani consulo videntur aspiratas omisisse. ita tredecim elementa minus viginti & quattuor elementorum praestitissent. expressior tamen ratio & certior visa est, qua viginti & quattuor elementa distinguuntur. neque enim, ut supra docuimus, idem plane sonus est duplicium, atque earum e quibus componuntur: mediae item & aspiratae, non eundem sonum, quem tenues edunt. postremo, ut ex nostrae linguae pronuntiatione colligi posse videtur, in solis elementis vocalibus e, & o, sonum productum a correpto aperte fortasse Graeci distinguebant. praecclare ergo viginti & quattuor elementa notata sunt, quam sententiam sapientissimi viri approbarunt, ut Plato, Aristoteles, & alij. atque ita quaestio de abundantia elementorum facile ad exitum perducitur: illa vero de elementorum defectu multo obscurior, nam ut alia mittam, quae & gu, & f, atque u, vocalis vix videntur a Graecis, ut a Latinis exprimuntur, reddi posse. ex κόςοι Dorico, in quo nullum vestigium, u, vocalis, neque consonantis, ac ne digamma quidem, fecerunt Latini suum quot, atque alia multa similiter. ex Quincti praenomine Κύντορ Graeci faciunt, alij tamen Κύντορ, & quod mirabilius ex Aquilae cognomine Ακύλας, nisi mendum, & legendum sit Ακύλας, quod observa
uit

uit aliquando Terentianus, ut in cuius monosyllabo Latinorum, vi, diphthongus exprimitur. nam de gu, non adeo laborandum praesertim initio dictionum, quum barbara illa nomina sint Guillemi, & Gualteri: in quae irrepsit, gu, pro vau Acolico. in media vero dictione plane manavit ex, χ, Graeco: ut apparet in ἰγγελλυς anguilla, & quum ἐκ τοῦ λείχειρ id est alingendo fecimus Latine linguam: ut mollius proferatur a Romanis ipsum κ, ut in praenomine Cn. observat Quinctilianus. F, Latinorum leuior quidem est, Graecorum vero densior, dissimilis certe sonus: & propterea irrisus testis Graecus a Cicerone in enunciatione nominis Fundanij, ut Fabius retulit. in multis tamen Graeca retinent Romani: ut φήμη fama, φυγή fuga, φάρι fur, quasi leue sit discrimen. V, vocali satisfaciunt Graeci sua diphthongo, ou ut Menandru & Apollodoru in titulis comoediarum Terentij. Sic ex illa tertia plurali futuri Dorici τὴν ψῶντι videntur Romani duxisse illa dicunt, faciunt & huiusmodi in quibus ille sonus, o, obscurus agnoscitur, ut voluit Priscianus, praesertim quum a Gallis proferuntur. In columna item Duilij legitur licet obscure L & CAS BOVES. Quapropter & Nigidius huius diphthongi usum Graecis condonabat, quod V, vocali careret. Et Terentianus a sola vocali, V, scribit satis eius diphthongi sonum compleri. Respondet interdum
v, Graec

v, Graecum V, Latino, licet illud pressius proferatur: vt in nominibus $\Sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha\varsigma$ Sulla, $\tau\upsilon\lambda\lambda\iota\varsigma$ Tullius.

DE SYLLABIS

Syllaba est proprie comprehensio minimum duarum litterarum, quam & syllapsim Graeci appellant. Quare singulae vocales licet syllabae dicantur, improprie syllabae vocantur. Syllabarum igitur sex sunt species: quae constant nimirum vna littera, quae duabus, quae pluribus, usque ad sex. longius enim vix progrediuntur. Syllabae itaque vnus litterae sunt septem tantum, quot sunt scilicet vocales. At quae ex duabus litteris cū ponuntur, aut ex duabus vocalibus, aut ex duabus consonantibus, vt censuit Aristoteles in Poeticis, aut ex altera tantum vocali constāt. quae ex duabus vocalibus fiunt, diphthongi dicuntur, quasi duplices soni: hoc enim valet nomeu illud. quod in illis duarum vocalium sonus in vnā syllabam coierit, vt Fabius significat. hae sunt duodecim, sex propriae, in quibus differte sonus vtriusq. vocalis auditur, & propterea $\acute{\epsilon}\upsilon\phi\omega\upsilon\iota$, id est recte sonantes nominantur, ceterae impropriae, in quibus aut non exauditur plane sonus vtriusq. uocalis, aut peruersē auditur. olim diphthongus erat tantum vnus vocalis

pro

productio, vt tradit Proclus in Cratyl. Platonis hinc fortasse manauit, vt Latine, $\alpha\iota$, diphthongū vt, e, lōgū proferamus. & α , vt iota lōgū olim proferebatur, quātum licet ex Nigidio conijcere, quin & harū & τ & θ , simplicē esse sonū ait Sex. Empiric⁹. omnes diphthongi sonis fere naturalibus, quales sunt interiectionū, apposite exprimuntur. propriae quidem sex $\alpha\epsilon$, $\alpha\upsilon$, $\epsilon\iota$, $\epsilon\upsilon$, $ο\iota$, $ο\upsilon$. ω , valet ai, coniunctim pronunciatum: qualis est interiectio spirantis, vt expressit Sophocles in nomine $\Lambda\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$: diaeresis item illa, qua vtuntur poetae Latini, satis hunc sonum confirmat aulāi, pietāi. Romani quoq. illa olim utebantur, vt apparet in nominibus. Aimilij, & Paiti. quin & vetustissimi Romani hac diphthongo, vt ait Quinctil. utebantur in casibus. numeri singularis, vt differrent a pluralibus; quos notabant sua diphthongo $\alpha\epsilon$, $\alpha\upsilon$, valet au, quam diphthongum reddit Aristophanes in latratu canum. quem etiam sonum Demosthenes vt plane redderet, solebat diligenter latratum canum obseruare. α , ei, coniuncte. Romani in multis hac diphthongo vsi differentiae causa: vt ex Lucillio Quinctil. & Victorinus, atq. ex Varrone Scaurus tradiderunt. hinc apud illos recti plurales pueri, & acrostichis Plautinae fabulae capteiuēi, atq. datiui singulares mendacei. in quibus superuacaneam fuisse docet Fabius, quia I, longa vti potuissent, quod postea factum scribis

D bis

bit Priscianus; id quia Graeci non praestiterant propterea forte a Nigidio reprehensi apud Aegellium, quod nulla necessitate coacti hanc diphthongū adiunxissent. Crassus tamen 3. de orat. irridet Cottam, quod i, ex hac diphthōgo tolleretur, quasi messorum imitaretur. licet idē M. Tullius 9. epist. ad famil. ut i, omnino enunciatum decideret, quum iocatur in ambiguitate verbi Graeci βίος, si Latine idem proferatur. Hermogenes certe soli huic diphthōgo detrahit σεμνότης, dicit amplum sonum in extrema dictione, quod exilior eius sonus, quam ceterarum esset. eu, oi, oi vna tantum syllaba. quae tres interiectiones a Latinis usurpantur, ut a Terentio hei, hoi sonum autem τοῦ, oi, interiectionis esse confirmant Grammatici Graeci, qui docent eam vocem esse lugentium, & timentium. ou, ou, sed sono correpto vocalis o. impropriae item sunt sex α, η, ω, ηυ, ωυ, υ. quibus. quinq. priores origine magis quam sua natura diphthongi censentur. ac propterea καταχρηστικῶς, id est abusive diphthongi nominantur. nam primum α, facta ex αι, diphthongo: ut cernere licet in his ex κέραι, κέραι, δάϊς, fax a δαίω, vro δαῖς, & ex θραῖς fit θραῖς, Thrax. & ab eadem origine θρησκεία, & θρησκεία quasi a Thracibus cultus ille religionis manarit. ita a χάλω, hio κέχνηα, hianu, & a φαίνω, appareo πέφνηα, & κρήνον, apud Homerum ex κραιάινον: in his omnibus origo diphthongi

η, pla-

η, plane cernitur ex α, η, neq. vero ex α, η, tantum proficiscuntur hae diphthongi, sed ex aliis quoque: ut ex αἰδω, αἰδω, cano, ex βοῖαι, βοῖαι. sic ex τύπται, & τύπται, Ionico fit τύπται, & ex λυῖσται, Ionico λυῖσται, latro. ex οι, eodē modo fit, ω: ut ab ἀκτεῖρω, misereor ἀκτεῖρου, ab οι, μενέλαοι, μενέλεω. Attice. non quin aliter fieri possit: ut a λῶσος, λῶσος, ab ἡρώϊος, ἡρώϊος. hae tres diphthongi ἀφωνοι, id est mutae nominantur, quod sonus τοῦ, i, in illis non audiatur. quod indicat puncti nota subscripta in minoribus characteribus, quasi lateat sonus τοῦ, i, subscripti illis vocalibus. idem quoque significare videtur iota minoris figura his vocalibus adscriptum in maiusculis hoc modo Αι, Ηι, Ωι. neque mirum in his diphthongis plane τδ, i, non sonare, nam si eius sonus ut in diphthongis proprijs audiretur, constaret diphthongus quaeque ex tribus temporibus, longa scilicet antecedente, quae valet duo tempora, & brevi ad iuncta, quae vnum tempus efficit. at negat Terentianus diphthongum e tribus temporibus confici posse. itaq. nō plus sonabunt hae tres diphthongi, quā simplices vocales longae, quibus. fuerunt. apud veteres tamē vtraq. audiebatur: quod aperte declarat Fabius lib. 1. quum scribit iota dativis adscriptū, & interpositum ut in ληῖσται. licet necessario fieret propter etymologiam ex diuisione, tamē impedimēto fuisse ijs qui ad lectionē

D 2

institue

instituebantur. cognoscemus tamen diphthongos illas esse ex diaeresi vocalium ex quibus componuntur: ut κέρα dissoluitur in κέραι, λῆγῆς in λῆγῆς, & λῶσος in λῶσος. dices in κν, & ων, tria esse tempora. est ita. sed quia υ, deteriori conditione est quam iota (ut Terentianus de, u, quae huic finitima est demonstrat) propterea fortasse tolerabiliores. quanquam nec isto pacto vitare possunt, quin sint impropriae diphthongi, quae ex illis, quae propriae sunt, orientur, ut docet idem Terentianus. nam ex ἀνδράω fit ἠνδραου, & ex ὀάντος fit ὠντος Ionice. hae κακῶφωνοι id est peruerse sonantes appellantur: fortasse quod difficile sit tria tempora perfecta in vna syllaba exprimere, aut certe quia in prioribus vocalibus quum longae sint, diutius hiat os, in υ, vero pressu labiorum insigni comprimitur. nos videmur quodammodo assequi sonum prioris in nomine nostro deu, id est decem, & posterioris, in ou, particula vocandi, atq. nomine vulgari oui. est quoq. & κακῶφωνος reliqua diphthongus, γ, fortasse quoniam υ, efferendum labris compressis, & iota a pertis, siue enuncietur ut, cui, monosyllabum, quod aliquando Terentianus videtur probare, siue ut pui, Gallice elatum. hanc diphthongum semper sequitur proxime vocalis, nunquam consonans. syllabae quae perficiuntur ex duabus consonantibus aut fiunt ex vtraque muta, aut ex vtraque semivocali, aut ex altera ta-

cum

tum muta, & altera semivocali. ex vtraque muta sex tantum syllabae, aut syllepses fiunt: quae sunt πῖ, κῖ, βῖ, γῖ, φῖ, χῖ. ex quibus γῖ nō inchoat dictionem, sed syllabam tantum: ut in nomine ὀγδοος, secunda syllaba est γδο. at reliquae & syllabas, & dictiones inchoant, ut πῖωχός, πῖπῖωκα, πῖπῖμα κῖκῖμαι, φῖθῖνος, ἀφῖθῖνος, χῖθῖμ, Εἰχῖθῖνιος. ex duabus semivocalibus duae tantum vulgo vsitatae, μν, & σμ: ut μνήμη, μέμνημαι, σμικρός, δε-σμός. reliquae sunt tres σλ, σν, σρ. a quibus nulla incipit dicitio, syllaba vero aut raro, ut in duobus nominibus proprijs apud Xanthum historicum obseruauit Hephaestio Α-σνῆς, & πῖ-σνῆς, aut fit licentia aliqua, aut figura, ut in nomine Αμα-σλῆς idem monet fieri. σρ Hephaestio non expressit, quod apparet in nomine barbaro Χο-σρῆς. Carisius recipit hanc Latina, tonsrix, cursrix, quae tamē Priscianus, aut quicumq. auctor est lib. de. 12. carminibus repudiat, ut asperiora atq. interponendum monet, ut M. Tullis in Timaeo fecit, quum extulit defenstrix. nostri has commissuras imitantur, quum dicunt e-flauon pro anulo catenae, & a-sno pro asino. sed hoc posterius figura synopae effectum est. qui ζ, & μ, iungunt vitiū faciunt, ut ait Priscianus. nunquam enim duplex in capite syllabae iungi potest cum alia consonante, praepostere igitur quidam scribunt Ζμύρα, quum scribendum sit Σμόρα. causa

D 3

autem

autem cur soli, μ , ex liquidis concinne praepona-
tur, σ , haec affertur a Terentiano: quia loco in-
timo fauces prope ipsas huius sonus excluditur
quum, σ , dentib. & labris proximam sedem te-
neat. syllabae concretae ex altera tantum muta
aut habent mutam praecedentem, & semiuocalē
consequētem, aut contra affectae sunt. ex priori
muta & posteriori liquida fiunt triginta quidē
& sex syllabae. quinque. tamen ex illis non sunt v-
sitatae $\pi\mu$, $\beta\mu$, $\phi\mu$, $\beta\nu$, $\delta\lambda$. Priscianus vnum nomē
barbarum Abodias scribi observauit cum dl. cū
ceteris semiuocalib. Graece non possunt mutae
copulari, Latine vero iunguntur, bs, & ps, vt in
caelebs, & cyclops. quia Latini non possunt red-
dere sonum duplicis ψ . ex vsitatis autem $\gamma\mu$, $\theta\mu$,
 $\tau\nu$, & $\phi\mu$, inchoant quidem syllabas, dictionem
vero Graecam nunquam. nam $\phi\nu\epsilon\iota$ fictum ab
Aristophane ad imitandam vocem quarundam
aunum, & $\phi\nu\acute{\alpha}\iota\tau\eta\varsigma$ nomen est Aegyptium, vt ani-
maduertit Varinus. supersunt igitur viginti &
septem, quae possunt & syllabas & dictiones in-
choare, atq. ex his $\kappa\mu$, & $\chi\mu$, singulas paenedictio-
nes inchoant: vt $\kappa\mu\epsilon\lambda\acute{\epsilon}\tau\rho\alpha$, id est trabes, quod re-
tulit Herodianus ex Pamphili glossis, & apud
Hesichium $\chi\mu\acute{\alpha}\iota\nu\epsilon\iota$, id est cupit. reliquae sunt fre-
quentiores, videlicet $\pi\lambda$, $\pi\nu$, $\pi\rho$, $\beta\lambda$, $\beta\rho$, $\phi\lambda$, $\phi\rho$,
 $\kappa\lambda$, $\kappa\nu$, $\kappa\rho$, $\gamma\lambda$, $\gamma\nu$, $\gamma\rho$, $\chi\lambda$, $\chi\nu$, $\chi\rho$, $\tau\lambda$, $\tau\mu$, $\tau\rho$, $\delta\mu$, $\delta\nu$, $\delta\rho$,
 $\theta\lambda$, $\theta\nu$, $\theta\rho$. ex his apparet β , & ϕ , cum bis tantum
iungi, ceteras vero cum tribus liquidis. quod si
prima sit semiuocalis, & secunda muta, fiet tantū

nouē iūcturae, vt loquitur Capella, ex littera sci-
licet σ , & nouē mutis: ideo $\acute{\alpha}\rho\kappa\tau\iota\kappa\acute{\alpha}\nu\ \sigma\omicron\iota\chi\acute{\alpha}\iota\omicron\upsilon$ voca-
tur a Graecis, quod omnib. mutis atq. $\tau\omega\ \mu$, prae-
ponatur, vt obseruat Terentianus. reliquae semi-
uocales nō possunt facere syllepsim cū mutis, sed
poti⁹ in diuersas syllabas discedūt: vt $\acute{\alpha}\lambda\text{-}\mu\upsilon\epsilon\acute{\iota}\varsigma$. ex
ijs quae syllepsim faciūt $\sigma\gamma$, nūquā in capite est di-
ctionis, neq. $\sigma\lambda$, nisi Aeolicomere: vt $\sigma\sigma\lambda\upsilon\varsigma$ pro
 $\zeta\epsilon\upsilon\varsigma$, Iuppiter. ex ceteris & dictiones, & syllabae
incipiūt: quae sunt $\sigma\pi$, $\sigma\phi$, $\sigma\kappa$, $\sigma\chi$, $\sigma\tau$, $\sigma\theta$. His abso-
lutis exponēdae sunt syllabae quae cōglutinātur
ex vocali, & cōsonante: in quib. cōsonans primū
locum teneat, fiunt centum decem & nouem syl-
labae vsitatae. quas facile quiuis enumerabit, si
singulis vocalib. singulas cōsonantes accommoda-
uerit. quod si praecedat uocalis consonantē, diffi-
cile est recensere quot syllepses efficiantur, in se-
miuocales quidē omnes desinere posse videntur
dictiones integrae, exceptis λ , μ , & ζ . syllabae ve-
ro ceterae in omnes praeter duplices, & σ , nisi
quā geminatur: vt $\delta\sigma\text{-}\sigma\delta\varsigma$, aut figurae cuiuspiā
caussa, aut cōpositionis: vt $\tau\delta\varsigma\ \acute{\epsilon}\lambda\epsilon\phi\epsilon$, & $\tau\omicron\varsigma\text{-}\acute{\alpha}\upsilon\tau\alpha$.
quamuis Herodianus in cōpositione volebat cō-
sonantē ultimā prioris dictionis copulari cū se-
quenti: cōtra sentit Terentius Scaurus in lib. de
orthographia: quā sententiā Priscianus sequitur,
& illā Herodiani multis argumentis refellit, stu-
diosissimus alioqui eius sectator in ν , quoq. nō d-
finet syllaba, si sequatur β , aut π , aut ϕ , aut ψ tūc

enim vertetur in μ : ut $\pi\acute{\alpha}\mu\phi\iota\lambda\omicron\varsigma$, pro $\pi\acute{\alpha}\nu\phi\iota\lambda\omicron\varsigma$.
 in omnes itē mutas (quamuis retorridas appellat
 illas Varro) praeter aspiratas finiri possunt syllaba
 bae, si geminētur, aut figurae causa, aut cōpositio
 nis: ut $A\tau$ - $\tau\acute{\iota}\kappa\omicron\varsigma$, $\acute{\alpha}\pi\epsilon\mu\delta$, $\acute{\alpha}\pi\acute{\omega}\lambda\epsilon\upsilon\epsilon\nu$. in γ , tamen
 scriptura tantum desinet, non sono, si sequun-
 tur γ , κ , χ , aut ξ , ut supra explicatum est. possunt
 etiam syllabae terminari tennibus consonanti-
 bus, si sequantur aspiratae: ut $\Sigma\kappa\pi$ - $\phi\acute{\omega}$, $B\acute{\alpha}\kappa$ - $\chi\omicron\varsigma$.
 Ex his manifestum iucundius cadere syllabas
 in semiuocales, quam in mutas, praesertim quū
 illas mutae consequuntur. nam semiuocales cum
 mutis sequētibz nō possunt cohaerere praeter
 σ , quod sui iuris est, ut diximus. syllabae quae
 ex tribus litteris componuntur, aut constant ex
 duabus consonantibus & vna vocali, aut ex
 duabus vocalibus & vna consonante. quod
 si vna tantum sit vocalis, aut primum lo-
 cum tenet in syllaba, aut secundum, aut ter-
 tium, ex his syllaba in qua primum locum te-
 neat vocalis vix reperitur apud Graecos, ut
 $\acute{\alpha}\lambda\varsigma$: apud Latinos tamen, & nostros aliqua re-
 peruntur: ut *ars, arx, ens, & nostrae, ams*, id est
hami, oms, hoc est *vlmi*. quū medium locum te-
 net vocalis, multo plures reperuntur, & praes-
 fertim si prima sit muta, aut quae illam in se in-
 cludat, ut *duplices*, & vltima semiuocalis: ut
 $\pi\acute{\alpha}\lambda$ - $\mu\omicron\varsigma$, $\phi\acute{\omicron}\rho$ - $\mu\omicron\varsigma$, $\psi\acute{\alpha}\lambda$ - $\mu\omicron\varsigma$, $\xi\acute{\alpha}\nu$ - $\theta\omicron\varsigma$. non
 quia aliter fieri non possint: ut $\xi\acute{\omega}\nu$ - $\nu\upsilon\mu\iota$, $\sigma\acute{\alpha}\lambda$ -

- $\pi\eta$, $\mu\acute{\alpha}\rho$ - $\nu\acute{\alpha}\mu\alpha\epsilon$, $\nu\acute{\epsilon}\rho$ - $\tau\epsilon\rho\omicron\varsigma$, $\nu\acute{\upsilon}\mu$ - $\phi\eta$. Si vltima
 sit vocalis, fieri poterunt quā plurimae ex illis
 syllabis, quas docuimus ex duabus consonan-
 tibus posse cohaerere: ut $\kappa\tau\eta$ - $\mu\alpha$, $\pi\eta\acute{\omega}\sigma\iota\varsigma$, $\mu\eta\eta$ - $\mu\eta$
 $\sigma\mu\eta$ - $\gamma\mu\alpha$, $\pi\lambda\eta$ - $\gamma\eta$, $\pi\rho\acute{\alpha}$ - $\gamma\mu\alpha$, $\sigma\omega\epsilon$ - $\rho\acute{\omega}$, $\sigma\epsilon$ - $\nu\omicron\varsigma$: quas
 facile poterit quis iam ex superioribz repetere.
 Porro syllabae ex duabus vocalibus, & una con-
 sonante, aut habent duas vocales, id est di-
 phthongū antecedentē, aut in extrema syllaba
 si antecedit diphthongus, fiunt eiusmodi sylla-
 bae, seu potius dictiones: $\acute{\alpha}\epsilon\zeta$, $\epsilon\iota\varsigma$, $\omicron\iota\varsigma$, $\delta\varsigma$. Ex ceteris
 diphthongis raro inuēiuntur: ut $\eta\iota\varsigma$, $\theta\omicron$ - $\acute{\alpha}\varsigma$. Ex η ,
 nullo modo fieri potest. Si vltimum locum te-
 neat, fiunt multo plures: ut $\pi\acute{\alpha}\iota$, $\beta\acute{\alpha}\upsilon$ - $\nu\theta$, $\omega\epsilon\iota$ - $\rho\alpha$
 $\phi\epsilon\upsilon$, $\omega\sigma\iota$, $\pi\delta$, $\acute{\alpha}\rho$ - $\pi\eta$ - α . Ex ceteris vix reperuntur
 $\tau\acute{\omega}\upsilon$ - ρ Ionicū & $\nu\eta\upsilon$. Ex quattuor litteris syllabae
 concreatae, aut habent vnam tantum vocalem,
 & tres consonantes, aut duas vocales, & totidem
 consonantes. Si ex vna tantum vocali constent,
 aut illa est secundo loco, aut tertio, aut vltimo
 collocata. Secundo quidem paucae, & sunt fere
 vltimae syllabae: ut $\tau\iota$ - $\rho\upsilon\upsilon\varsigma$, $\sigma\acute{\upsilon}$ - $\rho\iota\gamma\zeta$, $\phi\acute{\alpha}$ - $\lambda\alpha\gamma\zeta$.
 Tertio vero plures ex iunctura scilicet antece-
 dente: ut $\theta\rho\acute{\alpha}\xi$, $\kappa\rho\acute{\epsilon}\xi$, $\theta\rho\iota\psi$, $\sigma\kappa\acute{\omega}\psi$, $\rho\delta\upsilon$ - $\gamma\upsilon\upsilon\varsigma$, $\tau\acute{\upsilon}$ -
 $\pi\iota\omega\mu$, $\sigma\phi\acute{\alpha}\lambda$ - $\lambda\omega$, $\sigma\kappa\acute{\omicron}\mu$ - $\beta\rho\theta$, $\sigma\omega\epsilon\upsilon$ - $\delta\iota\omega$, $\phi\rho\eta\mu$,
 $\sigma\omega\iota\upsilon$ - $\theta\eta\rho$, $\sigma\phi\acute{\epsilon}\nu$ - $\delta\iota\alpha\mu\upsilon\theta$, $\theta\rho\iota\gamma$ - $\gamma\omicron\varsigma$, $\sigma\omega\alpha\rho$ - $\tau\omicron\varsigma$,
 $\sigma\omega\delta\gamma$ - $\gamma\theta$. ex vocali etiam vltimo loco posita
 multae syllabae conficiuntur, quum praecedant
 illam syllepses supra commemoratae, quae ex
 duabus

duabus consonantibus fieri poterant: dum ter-
 tiasit liquida: alioqui non possunt in vnam sylla-
 bam coire tres consonantes, vt docet Terentia-
 nus. vt $\sigma\rho\acute{o}-\phi\theta$ $\sigma\rho\omega-\mu\eta\eta$, $\Lambda-\sigma\kappa\lambda\eta-\pi\iota\delta\varsigma$ $\acute{o}-\sigma\rho\epsilon-\omicron\mu$
 $\acute{o}-\sigma\pi\rho\iota-\omicron\mu$, $\alpha\omega\lambda\acute{\alpha}-\chi\eta\omicron\mu$, $\sigma\rho\acute{\upsilon}-\chi\eta\theta$, $\sigma\rho\eta-\nu\iota\acute{\alpha}\mu$. $\acute{\alpha}-$
 $\sigma\theta\mu\alpha$ $\iota-\sigma\theta\mu\acute{\omega}$ $\epsilon-\sigma\theta\lambda\acute{\omega}$, $\alpha\iota-\sigma\chi\rho\acute{\omega}$ $\epsilon-\chi\theta\rho\acute{\omega}$ $\sigma\phi\rho\alpha-\gamma\iota\varsigma$,
 $\iota-\sigma\chi\eta\acute{\epsilon}$. Syllabae quae habent duas vocales, & to-
 tidem consonantes, aut habent duas vocales, hoc
 est diphthongum in medio, aut extremo loco.
 Nam primo vix in uenietur medio omnes fe-
 re diphthongi praeter $\omega\upsilon$, & $\upsilon\eta$, reperientur, praet-
 fertim si antecedit muta, & consequatur semivo-
 calis. & in dictionibus vnus syllabae: vt $\omega\alpha\iota\varsigma$,
 $\nu\alpha\acute{\upsilon}$, $\theta\epsilon\iota\varsigma$, $\zeta\epsilon\upsilon\varsigma$, $\tau\omicron\iota\varsigma$, $\nu\epsilon\varsigma$, $\nu\iota-\lambda\acute{\alpha}\mu$, $\theta\epsilon-\lambda\eta\varsigma$, $\nu\alpha\upsilon\varsigma$. Vlti-
 mo autem loco si fuerit diphthongus, multo
 plures, & dictiones, & syllabae existent, praee-
 dente aliqua iunctura ex duabus consonantibus
 supra descripta: vt $\sigma\omega\alpha\iota-\omicron\omega$, $\sigma\omega-\rho\delta\varsigma$, $\phi\theta\epsilon\iota-\rho\omega$,
 $\sigma\omega\epsilon\upsilon-\delta\omega$ $\sigma\omicron\iota-\chi\theta$, $\sigma\omega\varsigma-\delta\eta\iota$. Ex improprijs au-
 tem vix vlla fit. His expositis syllabae ex quin-
 que litteris, aut componuntur ex vna vocali, &
 quattuor consonantibus, aut ex duabus vocali-
 bus, & tribus consonantibus. ex vna vocali, &
 quattuor consonantibus ita vt aut praegrediatur
 syllepsis aliqua ex duabus consonantibus, & se-
 quantur duae ad extremum consonantes, aut
 vt praecedat iunctura ex tribus consonantibus,
 & supersit vna tantum consonans post vocalem.
 Posterioris generis: vt $\sigma\pi\lambda\eta\upsilon$, $\sigma\tau\lambda\epsilon\gamma-\gamma\iota\varsigma$, $\acute{\alpha}-\sigma\tau\rho\upsilon$

$\pi\lambda\eta\tau$

$\pi\lambda\eta-\kappa\tau\rho\upsilon$, $\delta\iota\acute{o}-\pi\tau\rho\alpha$, $\sigma\kappa\eta-\pi\tau\rho\upsilon$, $\alpha\iota-\sigma\chi\rho\epsilon\varsigma$,
 $\epsilon-\chi\theta\rho\acute{\varsigma}$, $\sigma\tau\rho\delta\iota-\beta\omicron\varsigma$, $\acute{\upsilon}-\sigma\pi\lambda\eta\gamma\epsilon$, $\acute{\upsilon}\sigma\tau\rho\iota\epsilon$. prio-
 ris rarae admodum: vt $\sigma\phi\iota\gamma\epsilon$. Ex duabus
 autem vocalibus & tribus consonantibus aut
 sic efficiuntur, vt praecedat iunctura ex binis
 consonantibus & subdita sit diphthongus cum
 consonante extrema, aut vt praecedat syl-
 lepsis ex tribus consonantibus & sequatur di-
 phthongus vltima. prioris generis satis mul-
 tae syllabae, & dictiones: vt $\sigma\tau\acute{\alpha}\iota\varsigma$, $\tau\acute{\upsilon}-\pi\tau\eta\varsigma$,
 $\lambda\epsilon-\chi\theta\epsilon\iota\varsigma$, $\tau\upsilon-\phi\theta\epsilon\iota\varsigma$, $\chi\upsilon\delta\varsigma$, $\chi\rho\delta\varsigma$, $\acute{\alpha}\rho-\theta\rho\iota\varsigma$, $\pi\lambda\delta\varsigma$.
 posterioris non pauciores: vt $\acute{\alpha}-\sigma\theta\mu\omega\iota-\nu\omega$,
 $\iota-\sigma\chi\eta\alpha\iota-\nu\omega$, $\acute{o}\sigma\phi\rho\alpha\iota-\nu\omega$, $\sigma\kappa\eta-\pi\tau\rho\alpha$, $\pi\lambda\eta-\kappa\tau\rho\upsilon$, $\nu\iota-$
 $-\pi\tau\rho\omega$. Maximae autem sunt syllabae ex sex
 litteris compositae: vt $\sigma\tau\rho\acute{\alpha}\gamma\epsilon$, in parte autē di-
 ctionis nulla fere extat, quin praecedat syllepsis
 ex tribus consonantibus & sequatur diphthon-
 gus cum consonante ad extremum: vt $\acute{\alpha}\iota-\sigma\chi\rho\epsilon\iota\varsigma$,
 $\lambda\epsilon-\sigma\tau\rho\epsilon\iota\varsigma$, $\epsilon-\chi\theta\rho\iota\varsigma$, $\pi\lambda\eta-\kappa\tau\rho\iota\varsigma$, $\nu\iota\pi\tau\rho\iota\varsigma$ $\epsilon-$
 $\omega\delta\lambda\epsilon\varsigma$, $\acute{\alpha}-\sigma\rho\iota\varsigma$. atq. haec de syllabis: in qui-
 bus liquid praeteritum, po-
 terit facile ex his, quae
 exposuimus
 expleri.

(:.)

DE

VI syllabarum vim, & naturam nouerit, facile dictiones & legere, & scribere poterit. In quibus haec tria praeterea ad legendum, & ad scribendum obseruanda: hyphē id est, ut vulgo ad verbum interpretantur, sub vnio, aut quod malim, cōiunctio, hypodiasola, quasi dicas subdistinctio, & accentus. Hyphē adhibetur ad significandum vnā esse dictionem non duas. Cuius nota sic vulgo describitur ϑ , in codicibus autem manuscriptoris hoc etiam modo υ , ut sigma supinū: quod & Seruius Honoratus, & ceteri Grammatici sequuntur. Vt $\chi\epsilon\rho\iota\sigma\sigma\phi\theta\omega\alpha\sigma\iota\mu\acute{\epsilon}\lambda\omicron\upsilon\sigma\alpha$: ut apud Latinos post υ illa & apud Virgilium ante υ malorum. hypodiasola siue, ut alij appellant, diasola, cōtra adhibetur, ut admoneat duas esse dictiones, non vnā: notatur autem semicirculo non dextram versus, ut quidam falso docuerunt, sed laeuam: quia eādē nota qua apostrophus, sed adimam litterā notabatur, ut diserte obseruat Seruius Honoratus, & omnes Grammatici Graeci & Latini consentiunt subextrema littera prioris dictionis: ut $\theta\tau\iota$ quod nomen, $\theta\tau$, vero absq. diasola, quod particula indeclinabilis. sic $\tau\acute{o}$, $\tau\epsilon$ articulus cum coniunctione, at $\tau\acute{o}\tau\epsilon$ vna dicitio id est tunc.

Accentus sunt tres acutus, grauis, & circumflexus.

xus: quorum hae notae, acuti linea recta dextram versus ascendens sic /, grauis contrariatione exprimitur laeuam versus \, circumflexi nota ex notis grauis, & acuti sic componitur, Δ , aut describitur hac ratione, \sim , quae vsitata est: quae fortasse sigma deuexum Martiano: nisi malis ita exprimi \wedge quam notam & libri manuscripti ostentant. hi propriae accentus nominantur: quod accinantur dictionibus & quasi elementa sint musicae, ut ait Martianus. monet enim quae syllaba in quaq. dictione contendenda pronūciatione sit, & quae remittenda, im mouero & quantum contendenda, ut voluit Dionysius Halicarn. acutus enim, ut ille ait, ad monet syllabae supra quam notatus est sonum interuallo diapente, ut Musici loquuntur, ab aequali, & pari ceterarum syllabarum sono attollendum. in circumflexo contentio soni est magis remissa, quam acuti, & effertur magis quam sonus ille par, & aequalis reliquarum syllabarum, qui proprius est grauis accentus. propter quam etiam causam grauis appellatus, quod inferior sit pronūciatione ceteris. horum discrimē nos agnoscim⁹ & in Latinis vocibus & in nostris Hispanis vnaquaq. dictione praeter accētus graues, qui nō notātur, quia nō attollūtur, vnus tantū accētus auditur acutus scilicet, aut inflexus, certe nos eorum distinctionem plane assequimur, neq. verum est, quod quidā falso obijciunt, sem-

tempora cum accentib. vulgo cōfundi: nisi hoc vitium rudib. plane & imperitis adscribatur. haec autem accentuum varietas, tam in dictionibus vnius syllabae, quam in maiorib. notari potest, nisi encliticae sint, vt post docebimus. quare quum efferunt nostri deu, pro decē nomine & molt pro molitum, circumflexum accentum videntur reddere, vt quū enunciant molt, pro multū, quum dicunt deu, pro deum, acutum videntur exprimere. Harum dictionum exemplo facillimum erit accentus in ceteris internoscere, nam quod tempora tantum non sint, quae in illis nostris dictionib. distinguuntur, hinc potest percipi, quod in quaq. dictione multarum syllabarū, tot tempora distinguenda sint, quot syllabae, accentus vero vnus tantum exprimendus, & quod in temporib. efferendis non sit vox contēdēda, in acuto vero, & in flexo accentu necessario tollenda sit. accentus autem circumflexus, & acutus non possunt citra tertiam syllabā a fine diserte exaudiri, nec vlla est gens, quae plane hoc faciat: nam quum Galli, atq. Etrusci videntur illud efficere in dictionib. quae ex sex, aut plurib. syllabis constant, vnam prorsus dictionem in duas distrahere videntur, & duos omnino accentus tollere, tres igitur tantum sunt sedes accentuum apud Graecos, quemadmodum apud Latinos: vltima, paenultima, & antepaenultima. grauis nunquā notatur, quū vox nulla illo in naturali serie loquendi

loquendi sit efferēda, nisi quū dictione quae proferenda erat acuto accētu in vltima, citra locū extremum plenae sententiae cōstiterit. tunc enim notatur grauis pro acuto, vt significetur non tam contēdēdum esse sonū vltimae syllabae, quū dictione citra finē sentētiaē cōstiterit, quā quū vltimū locum periochae tenuerit: vt *λόγος τὸ τὸ ἀνδρῶν*, quod si inuertas ordinē dices *τὸ τὸ ἀνδρῶν λόγος*. τὸ is interrogandi nomen nec isto quidē modo mutat accentum. Sic & nos vulgo contēdimus extremam syllabā, quū dicimus, non est possibile *αὐτὸ*, remittimus vero eandem tantisper, quū inuerso ordine enunciamus, *αὐτὸ* non est possibile. circumflexus nunquā adhiberi potest in antepaenultima, nam quum fiat ex acuto, & graui, acutus in quartā a fine retrocederet: quod nulla ratione constare potest. acutus solus potest tres sedes occupare, quāquā in antepaenultima min⁹ exauditur. circumflexus nunquā potest in syllaba breui collocari, sed necessario in lōga: quia fit ex acuto, & graui. contractio namq. duorū tēporū, longum tempus reddit. His ita constitutis breui aliquid de accentibus animaduertamus. ac primum dictiones vnius syllabae, quae incipiunt a vocali, neque sine aliarum adiunctione quicquam perfecte significant, fere carent accentu: vt *ὀ*, *ἦ*, articuli, *ἰκ*, *ἔξ*, *ἔσ*, *ἔσ*, praepositiones, *ὄν*, *οὐκ* aduerbia, & *εἰ*, coniunctio. si in vltima tamen periodo sint, accentu notantur acuto:

acuto: ut πῶς δ', quidni? excipiuntur paucae: ἦ, aut ὦ, aduerbium vocandi, ὡς ut. vltima quū breuis est, plerunq. acuitur: ut φίλος, si vtraq. breuis sit, aut vtraq. longa, aut prior breuis, & longa posterior, acutus in paenultima fere ponitur: ut λόγος, ἦρως, γέλως, τελέως, si vltima sit breuis natura, aut pro breui censeatur (quod cōtingit solis diphthōgis αε, & οι, nisi optatiui sint, aut nominum contractorum syllabae vltimae) acuitur antepaenultima: ut ἄνθρωπος, λέγονται, τύπτῃ. sed si paenultima facta fuerit ex contractione, circumflectitur: ut τελεῖς, ex τελέε, χρυσῶν, ex χρυσίου. Attici licet vltima naturalongā sit, accentum in antepaenultima collocant: ut μέγας, πρᾶξος, quū paenultima acuitur, & vltima contrahitur, adhibetur inflexus in vltima syllaba: ut χρυσῶ, χρυσῶ. excipe νῶ, & σφῶ, ex νῶι, & σφῶι, & ex, οα, ut λητόα λητόα, dictio vnus syllabae si sit lōga natura & facta ex detractioe prioris, aut posterioris syllabae, circumflectitur: ut δῶ, ex δῶμα, φῆν, ex ἔφην, sic & ποσειδῶ, ex ποσειδῶνα. in εῦ, finita circumflectuntur: ut βασιλεῦ. Differentiae causa multa mutant accentum, & praesertim propria: ut βοηθός, adiutor, Βόηθος, Boethus. δεξαμένη, accipiens, δεξαμένη piscina, Αθηναίος, Atheniensis, Αθηναίος Athenaeus. eiusmodi verborū similium differentias collegit quidam Cyrillus. Quaedam in declinatu mutant tonum: ut παῖδες, παιδοῖν.

μήτηρ

μήτηρ, μήτερος, ταχύτης, ταχυτήτος. Praepositiones per anastrophe, hoc est quum in serie orationis eorum ordo inuertitur, accentum referunt in antecedentem syllabam: ut τούτων περί, alio iui περί scribendum. Sic τούτων ἀπό, pro ἀπό. Hoc obseruari in hac arte solere, monuit Apollonius in libb. de syntaxi. quod tamen nunquam accidit praepositionibus, ἀνὰ, & διὰ ad vitandam ambiguitatem nominum ἀνά, & δία. Porro dictio quae suum accentum transfert in vltimam syllabam praecedētis dictionis, dicitur enclitica. quod accidit nomini τις, quā significat aliquid τι, τινος, τινι, τινά, τινε, τινῶν, τινές, τινά, τινῶν, τισι, τινάς, & τῶ, & τῶ, quum idem valent: ut ἔγραψέ τινα. in uerbis εἶμι, & φημί idem fit in praesenti, εἶς, εἶσι, εἶσι, εἶσον, εἶσμεν, εἶσε, εἶσι, φησὶ φησι, φατον, φαμεν, φατε, φασι. ut ἐγὼ φημι τῆτο. at εἶσι trahit tonum ad priorem, quum tenet initium sententiae, aut quum sequuntur οὐκ, ἀλλά, καὶ, ὡς, τῶτο, εἶ: ut εἶσι πόλις. si praecat dictio, quae in paenultima acuatur, non mutat sonum: ut τόπος ἐσὶ: quod etiam obseruatur quum paenultima circumflectitur, si vltima sit longa positione: ut φθίνεσιν. enclitica item sunt με, μεν, μοι, με, τοι, μεν, σφι, σφει, σφω: ut δώματα με. at σὺ, τῷ, σε, σευ, σι, σε, εὔ, σι, οἱ, ἐμεν, σφι, ἰσ, σρῶ, σφίσι, σφιας, enclitica sunt, quum absolute dicuntur, nec ad aliam personam referuntur: ut ὡς σε νῦν ἔραμα.

E

ut te

vt te amo, quod si dicas ἔραμαι σὺ. ἢ κείνῃς te amo, non illum, tum non erit enclitica, alioqui non sunt enclitica. σφω, quū significat vos duo, non est encliticum, at quum significat ipsos, est encliticum. Haec eadem non mutantur post ἐνεκα, ἵνα, ποδι, ἢ: ut ποδι σφ. Haec quoque ad uerba enclitica sunt ποτε, ποδι, ποτε, ποτε, ποτε, ποτε, ποτε, ποτε, si non significant interrogationem: vt ποτε πρ. ἐώρακα. Coniunctiones praeterea hae sunt encliticae γε, τε, κε, νυ, θη, νω, πο, ρα: vt εἰμενός πο. Contexi ex his possunt multae encliticae deinceps: vt ἡνυ ποτε εἰς ἴσχυ. accuratior, & copiosior de accentib. disputatio a Grammaticis est repetenda.

DE ORATIONE.

VI syllabas iungere, & dictiones contexere nouerit, legendo, & scribendo, is facile orationem legerit, & scribere poterit, dum rationē interpungendi, & apostrophī teneat. Apostrophus nota est, qua significatur vltimā vocalem, aut diphthongū praecedētis dictionis, quia sequēs incipit a vocali, elisā fuisse: vt βέλομ' ἐγώ. Diomed. etiā si nō sequatur vocalis, dū elidatur vltima, cōsonāte manēte apostrophū fieri vult: vt tanton' me crimine dignū? non potest autē elidi vocalis natura longa, neq. diphthōgus vlla praeter αε, & οι, quae pro breui bus

bus aliquādo vsurpatur, ac ne, υ, quidē detractū isto modo reperitur, sed breues tantum vocales & reliquae ancipites. Quū per apostrophū detrahitur vltima vocalis aut diphthongus, consonans quae superest vltima praecedentis dictionis, coniuncte pronūcianda est cum vocali, aut diphthongo prima sequentis: vt in κατ' ἐλένο, τ, iungendum cum proximo ε, est autē nota apostrophī semicirculus extremae consonanti antecedentis dictionis ad summū adscriptus. Sic & Terentius egon' illam? Similis huic notae est nota cōtractionis, quae fit in media dictione, atq. ex iisdem fere vocalib. & diphthodgis fit, quū concurrunt atq. eadem nota semicirculi supra diphthongū tamen vulgo notatur: vt intelligatur ex duabus dictionibus vnam factā fuisse: vt τούνομα ex τὸ ὄνομα τούργου, ex τὸ, & ἔργου, καὶ, ex καὶ & αὐ, aut καὶ & ἐν, τὰμα, pro τὰ ἐμα. Si consonās vltima, quae superest ante apostrophum, aut cōtractionem fuerit tenuis, & sequēs vocalis aspiretur, mutanda in aspiratam: vt ex καὶ, & ἡμῶν fit καὶ ἡμῶν. sic ex τὸ, & ἰματίου, fit θοιματίου. Illa liberiora, sed vltata, ἀτέρ, pro ὁ ἕτερος, & ἀτέρ, pro τὸ ἕτερος, & ἀτέρ, pro οἱ ἕτεροι, & ἀτέρ, pro τὸ ἕτερον, non pro τὸν ἕτερον. Eodem modo quum a poetis prima vocalis consequentis dictionis eliditur, notari solet semicirculo ante dictionem descripto: vt ἡ' γὰ, pro ἡ ἰγὰ.

Sed de his etiam Grammatici diligentius. Contraria huic affectioni, & apostropho videtur compositio, quod ad accentum pertinet: quia accentum ad priora reuocat: ut ἵππος, φίλιππος, κάλλιππος, ὄσδος μέσδος, λόξα παράσος. talia, illa Latinorum sacraui Charitij, statim, ex aduersum, Anniani, deinde, aliquando, suauerubens, interea loci, & illa mirabiliora, vir illustris, orbis terrae, praefectus fabrum, Iuriconsultus obseruata a Prisciano. Ratio interpungendi apud veteres tam Graecos, quam Latinos haec fuit.

DE NOTIS DISTINCTIONIS.

RES notae distinctionis erant olim apud Graecos: ad quas significandas punctum tantum adhibebatur, diuersis tamen locis. summo loco, cum plena erat sententia, aut interrogatio: ut τίστι· nā accessio illa, quae vulgo fit puncto, siue fiat semicirculo infra descripto, ut Graeci nunc vtuntur, siue nota vulgari accentus circumflexi, quam vulgo Latini vsurpant, apud veteres quoad meminisse possum, nō legitur. Hoc genus notae appellabatur a veteribus Graecis, στυμὴ τελεία: quasi dicas punctum perfectum: a Latinis distinctio, quod nomen per catachresin, vt ait Seruius, ad genus

genus translatum est. Punctum in ima parte notatum significabat sententiam semiplenam: quae nota Graece nominatur ὑποστυμὴ, Latine subdistinctio. Nota huius puncti vulgo adhibetur contra veterum consuetudinem, cum sententia plena est, quam periodum vulgo nominamus. Punctum in medio spatio collocatum adhibebatur a Graecis, aut a Latinis respirandi causa, siquid interpungendum esset citra subdistinctionem, aut ultra subdistinctionem: quae nota appellatur Graece στυμὴ μέση, Latine media distinctio, aut mora, quae & post singulas dictiones plerumq. notabatur aetate posteriori, vt inquit Victorinus Afer. cum autem singulae dictiones a sequentibus distinguerentur interposito puncto medio, vel illae quae vltimae erant in sententia plena, accidit vt magna esset in ijs punctis notandis perturbatio. nam punctum distinctiois notabatur duobus punctis summo vno, altero medio: & subdistinctio duobus item punctis vno medio, altero imo. Ex qua consuetudine illud reliquum est nostra aetate, vt in distinguendis sensibus pro subdistinctione duo puncta notentur summum vnum, alterum imo: quod genus scripturae nusquam apud veteres, quoad recordari possum, legitur: cum ex nota perfectae distinctiois & subdistinctiois componatur. Ne qua igitur perturbatio fieret in notanda media distinctione, Victorinus voluit pon

poni ἀπλη. auersam, id est, simplicem auersam: quā notā ille vno nomine Latino sicilicū appellat: quae nota quomodo describeretur colligi potest ex ijs, quae D. Isidorus lib. 1. de auersa disputat. nam auersam obelismenem, hoc est, obelo affixo facit hanc notam $\text{I} \text{---} \text{I}$. 3. Erat autem obeli figura apud illum haec $\text{I} \text{---} \text{I}$. quare si obelum detrahas illi figurae, relinquetur sola auersa hac figura 3. Quoniam autem Victorinus sicilicū esse ait simplicem auersam, & in hac nota duplex est figura similis, veri simile est auersam simplicem esse dimidium eius figurae, quae proprie sicilicū appellatur: cum ea figura sit falcis, quae aptissima est messibus siciliendis, id est, metendis: vnde & sicilici nomen videtur inuenisse. Hinc etiam nostra aetate genus hoc distinctionis irrepsit, vt sub puncto sicilicū notaretur: cuius notae usum videmus a plerisque, falso usurpari. Sed cum posteriori saeculo tollerentur illa puncta, quae singulis dictionibus distinguendis interponebantur, sola nota sicilici reliqua fuit, quae significaret sub distinctionem. Hac etiam nota concludebatur olim parenthesis, quod in ea bis respirandum sit & initio, & in fine. Subdistinctio enim est nota respirationis propria, praesertim cum sensus non est plenus, nec semiplenus: quod conuenit parenthesi. Vetustiores tamen cum hanc notam sicilici non agnoscerent, puncti varia

θεσσι

θεσσι quam & posituram Latine appellat, ad haec omnia distinguenda utebantur. Ita & parentheses in libris quibusdam reperiuntur circumscripta e vtrinq. binis punctis.

His addimus notas veteres numerorum ex Herodiano, quarum usus inquit Herodianus, apud Solonem reperitur, & in alijs legib. atque edictis, & monumentis antiquitatis, quib. respondebunt Romanae, & vulgares, vt vulgo putant, Indicae, vt facilius Graecarum uis percipi possit.

| | | |
|------|---------|--------|
| I. | I. | 1. |
| II. | V. | 5. |
| Δ. | X. | 10. |
| [Δ]. | L. | 50. |
| H. | C. | 100. |
| [H]. | D. | 500. |
| X. | ∞ | 1000. |
| [X]. | ΙΙΙΙ. | 1000. |
| M. | CCIIII. | 10000. |

Ex his notis quū maiorū numerorū notas sequuntur minorū notae, crescit numerus, at quū praecedunt, minuitur vt II, VI, σ. II, IV, 4. II, CV, 105, ΔII, XC, 90. XH, ∞C, 110, ηX, c∞, 900. facilior tamē, & expeditior est altera ratio, quae notis lit

E 4

terarum

rarū fit additis tribus alijs: quae sunt, squinarij & nonaginta, & nonaginta, & nonaginta: quae etiā aliter sic expressa legitur γ. media illa nota ζ. ut memini me legisse in ueteri quodam codice vocabatur a praeis cophe, quae nota quum similis sit litterae, q, Latinorum, intelligetur obiter locus ille Marij Victorini in quo disputans de ordine litterarum Latinarū scribit, q, sequi posse post, p, ut apud Graecos. qui locus plane confirmat hunc ordinem numerandi Graecorum. nam de ordine litterarum alphabeti nullo modo accipi potest. nisi dicas Rho Graecorum eadem nota qua, q, Latinorum describi solitum: quod per absurdum videtur.

DE NOTIS NUMERORVM.

| | |
|----------------------------|-----------------------|
| α, β, γ, δ, ε, ς, ζ, η, θ. | Singulares, monadici. |
| ι, κ, λ, μ, ν, ξ, ο, π, ς. | Deceni. |
| ρ, σ, τ, υ, φ, χ, ψ, ω, Ϸ. | Centeni. |
| α, β, γ, δ, ε, ς, ζ, η, θ. | Milleni. |
| α β γ δ ε ι ζ κ θ | |
| M, M, M, M, M, M, M, M, M. | Deceni milleni. |
| ι κ λ μ ν ξ ο π ς. | |
| M, M, M, M, M, M, M, M, M. | Centeni milleni. |
| ρ σ τ υ φ χ ψ ω Ϸ. | |
| M, M, M, M, M, M, M, M, M. | Millies milleni. |

Hae

DE MUTATIONE LINGVAE Graecae in Latinam.

Linguam Graecam videtur Cadmus, ut & litterarum figuras primus ex Phoenicia aduexisse. quare verborum multorum Graecorum origines necesse est Punicas, aut Syriacas, aut quae princeps illarum lingua est, Hebraicas esse. Frustra igitur videtur Plato in Cratylo operam posuisse in exquirendis tot etymologijs, nisi suam linguam fortassis ornare voluit. eidem vitio affinis videtur Varro in linguae Latinae etymis eruendis: quod & Quintilianus obseruauit. Plato tamen modestior, qui γλισχρος ea se tradidisse profiteretur. Latina quidem magnam partem ex Graeca fluxit, ac praesertim ex dialecto Aeolica, ut Varro, & Fabius tradiderunt. nec mirum, Pelasgi enim, qui Arcades erant, duce Euandro in Italiam venerat. Arcades autem dialecto Aeolica usus fuisse docet Strabo lib. 8. deinde Dorientes in eam partem Italiae, quae magna Graecia post aduentum illorum vocata fuit, migrarunt. sunt autem finitimae maxime Dorica, atq. Aeolica dialectus. Ex quo perspicuum fit, qui recte has dialectos nosset, eum facillime rationem redditurum huius artificij. Doricam certe cognoscere licet ex Tragicorum choris, & Pindaro.

daro, & Theocrito, & alijs, Aeolicam vero vix
 integrum est nosse hac aetate, nisi ex fragmen-
 tis quam paucissimis Lyricorum, & ex scripto-
 rib. qui de dialectis aliquid tradiderunt. hoc
 labore superfederemus. si Tyrannionis senio-
 ris, qui libertus Terentiae fuit, liber de hoc ar-
 gumento, atque Hypsicratis, & Verrij Cloatij
 Grammaticorum, quorum meminit Agellius,
 libri de eodem argumento extarent. Sed quo-
 niã hi iniuria tēporū perierunt, conabimur ali-
 quid opis huic studio afferre: quia saepe exper-
 ti sumus quā expeditissime linguā Graecam ab
 illis percipi, qui utrāque sic cōpararunt. quod
 & in ceteris linguis non sine magno cōmodo di-
 scentium fieri solet. neq. vero ignoramus perfe-
 ctius hanc rationem, & copiosius tradi posse,
 si ijs traderetur, qui perfecte rationem linguae
 Aeolicae, & Doricae tenerēt: sed quia pauci eius
 modi cōtingūt, & nostrū laborē latius patere vo-
